8
7-C
124

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
27 B
3

~~8.7.C.123.~~

8.7.C.124.

Digitized by Google

Digitized by Google

IV. 2 . 11
M.4.

Digitized by Google

Diſquiſitio Hiſtorica
DE ORIGINE
BEGHINARVM
ET
BEGHINAGIORVM
BELGII,

Cum adiunctis notis, quibus

DECLARATIO VERIDICA,

Quod Begginæ nomen, inſtitutum & originem habeant à Sancta Begga Brabantiæ Duciſſa, illuſtratur.

PETRI COENS S. T. LICENTIATI,
Canonici Cathed. Eccleſ. Antuerpienſis.

3. Eſdræ 3.
Forte eſt vinum .. Fortior eſt rex ..
Fortiores ſunt mulieres:
SVPER OMNIA AVTEM VINCIT VERITAS.

LEODII,
Apud *Chriſtianum Ouwerx* Iun. propè S. Dionyſium ſub Signo Patientiæ, 1629.
Permiſſu Superiorum.

BIBL. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

SERIES
Et Ordo Contentorum.

PRÆFATIO, *In qua ſcriptionis ratio ponitur*. pag. 1.
SECTIO I. *Generalia quædam de nomine & origine Beghinarum.* pag. 4.
SECTIO II. *Quales perſonæ hoc tempore propriè vocentur Beghinæ?* 6
Statuta antiqua Beghinagij Leodienſis. 10
SECTIO III. *Quales olim dictæ fuerunt Beghinæ?* 19
SECTIO IV. *Quo tempore Beghinagia paßim in Belgio inchoata fuerunt?* 24
SECTIO V. *Quomodo Beghinagia inchoata fuerunt?* 31
SECTIO VI. *Vnde Beghinæ ad has partes venerint?* 36
Tumultus qui Leodij fuerũt ab ann. 1191. vſq. 1214. 38
SECTIO VII. *A quo inſtitutum Beghinarum initium habuerit?* 43
SECTIO VIII. *An nomen & inſtitutum habeant à S. Begga Brabantiæ Duciſſa?* 49
SECTIO IX. *An Beghinæ nomen & originem habeant à Ven. Lamberto Begho?* 59
Bulla Vrbani IV. 66
SECTIO X. *An Beguinæ damnatæ fuerint eiuſdem inſtituti cum Beghinis Belgicis?* 80
SECTIO XI. *Beghinarum inſtitutum eſſe laudabile.* 88
An Beghinæ habituræ ſint Aureolam? 98
Digreßio ad Notas quibus Declaratio Veridica illuſtratur. 101
SECTIO XII. *De inſtitutione Feſti S. Beggæ ſub titulo fundatricis Beghinarum.* 102

SEC-

Digitized by Google

SECTIO XIII. *Irrefragabile argumentum Traditionis Beggardorum.* 119
Antiqua munimenta Beggardorum. 123
SECTIO XIV. *Congruentiæ inter Beghardos & Beghinas.* 125
SECTIO XV. *Traditio Beghinarum.* 136
De Imaginibus S. Beggæ. 140
SECTIO XVI. *De Chronicis Brabantiæ.* 143
De Præfatione Regulæ Beghinagiorum. 146
Varij Authores qui aſſerunt S. Beggam fundatricem Beghinarum. 152
SECTIO XVII. *Congruentiæ inter Canonicas & Beghinas.* 156
SECTIO XVIII. *Quænam ſit diſtinctio inter DD. Niuellenſes & Andanenſes?* 169
SECTIO XIX. *An S. Begga præter Monaſterium Andanenſe etiam Beghinagium fundauerit?* 180
SECTIO XX. *Cenſura AEgidij Aureæ Vallis, & Ven. Thomæ à Cantiprato.* 185
SECTIO XXI. *An fuerint aliqua Beghinagia ante Leodienſe?* 198
SECTIO XXII. *Supplementum de nomine & origine Beghinarum.* 205
SECTIO XXIII. *Expenditur probabilitas Sententiæ de S. Begga.* 211
SECTIO XXIV. *Breuis reuiſio munimentorum, quibus originem & nomen Beghinarum S. Beggæ aſcribere conantur.* 221

Digitized by Google

ERRATA.

PAg. 5. lin. 29. habentes, ſicut. 6.. 16. annos. 20.. 28. leg. 21. 26.. 9. colligi poteſt. 53.. 29. nominantur. 56.. 17. habuiſſent. 57.. 5. Begga. 64.. 21. aſſerunt. 65.. 19. diſertis 72.. 23. tollet. 76.. 4. 1216. 84.. 20. prauia. 93.. 24. perfectionis. 94.. 19. diuiſim. 26. ipſas. eas. 110.. 26. liceat. 111.. 16. occurrente. 18. *dele*, hoc.. 23. *dele*, ad. 115.. 12. n.. 10. 126.. 11. ſeruare. 156.. 21. ponuntur, *lege*, citantur. ſec. 24. n. 16. 158.. 14. *dele*, vt opinor, ſunt quædã, *lege*: ſunt quadraginta. 176.. 31. attribuit. Apoſt. 191.. 11. Quinam. 23. ceteri? 200.. 25. momenti. 203.. 26. milites. 220.. 6. *adde*, ſup. ſec. 16. n. 10.

Reliqua nonnulla beneuolus Lector facilè emendabit abſq; indice.

63. 30. *inſerendum*: R. item D. Arnoldus Salicetus Canonicus Huenſis in literis datis 14. Aprilis 1629. agens de Andanenſibus,

Apparet, inquit, *quod aliquando fuerunt vocatæ Sanctimoniales, Religioſæ verò vel Beghainæ nunquam. Vnde videtur quod nomen Beghainæ non venit à Begga, cum inſtitutum Beghinarum & Regula ſint prorſus diuerſa ab inſtituto S. Beggæ. & traditio eſt hîc, quod à Lamberto Beggho Leodienſi primum nomen & inſtitutum ſortitæ ſunt.*

Digitized by Google

DISQVISITIO HISTORICA DE ORIGINE BEGHINARVM ET BEGHINAGIORVM BELGII,

Petri Coens S. T. Licentiati Canonici Antuerpienſis.

PRÆFATIO.

QVandoquidem authore S. Hieronymo, vnumquodque propoſitum ſiue inſtitutum principes ſuos habeat, atque vtilè & iucundum ſit ijs qui inſtitutum aliquod ſectantur, ſcire à quo illud originem & nomen habeat, vnde argumentum ſubinde accipiant, animum in huius vitæ ſtadio corporis mole grauatum, & tædio langueſcentem, reficiendi, & ad perſeuerantiam excitandi; iſtud in Virginibus, Beghinis communiter dictis, non minus quam in alijs Religioſis vſu venire meritò cenſeri

 ſeri

ſeri debet, præſertim dum ſolo propoſito & libera ſua voluntate , quæ mutationibus valde obnoxia eſt , inſtituto ſuo ſint aſtrictæ, adeoq; pluribus indigent adiumentis, ad conſummandum curſum ſuum magno præmio deſtinatum. Quocirca Ven. quondam D. Ioannes Fredericus Lumnius, poſtquam pluribus annis
2 Beghinagij Antuerpienſis, magno zelo paternam curam habuiſſet , pro ſolatio ouium ſuarũ impendit ſe huic rei inquirendæ, ſcribitque, ſe mirari, quod ſpatio 400. annorum non fuerit aliquis publicus hiſtoriographus, qui videatur inquiſiuiſſe, aut aliquo peculiari documento probaſſe, vbi , quando, à quo, & quomodo inſtitutum Beghinarum primô fuerit inchoatum ;. & lætatur ſe in re, quæ tam obſcura huc vſque fuit, tandem notitiam aliquam adeptum eſſe. Ego vero , cum nuper intellexiſſem paſ-
3 ſim promulgari, ſubinde etiam è ſuggeſtu, opinionem quorundam pridem aſſumptam , aſſerentium, Sanctam Beggam eſſe fundatricem & inſtitutricem Beghinarum , illaſque ab ea originem & nomen habere , quam opinionem olim Bruxellæ, ſtudijs humanioribus deditus , in familia Ven. quondam Viri D. ac M. Nicolai Cools (qui ab anno 1562. Curatus Beghinagij, anno 1599. ibidem in bona & laudabili ſenectute quieuit) tanquam anilem fabellam, ſepius narrari audiueram: cauſſa inquirendæ veritatis, expoſueram Diſputationem quandam hiſtoricam & breuem diſquiſitionem, *An Beghi-*

na

næ nomen, inſtitutum & originem habeant à S. Begga Brabantiæ Ducìſſa. & negatiuam reſponſionem amplectendam eſſe breuiter oſtenderam, eamque priuatim tantum quibuſdam communicaueram. Verum ad eam refutandam editus & publicè in officinis expoſitus fuit libellus ſub titulo *Declarationis veridicæ.* & R. P. Elias à S. Tereſia Ord. Diſcalceatorum Flandrico ſermone edidit librum ſub titulo Palatij Beghinagiorum, in quo multis affirmatiuam probare conatur; & in Præfatione, iactitat, ſe etiam tertio refutare omnia quæ hactenus contra eam obiecta fueruut. Quare eodem ſtudio inquirendæ veritatis (prçterquam quod in dicta Declaratione quædam valde acutè dicta mihi calcaria meritô adhibuerunt) excitatus fui, ad argumentum iſtud reſumendum, & quid in hac materia, ſatis obſcura, & ante hac, præterquam à prædicto D. Lumnio lib. M. S. & M. Guilielmo Fanio Canonico D. Martini Leodien, qui inter alia breuem tractatum ſcripſit de origine Beghinarum, (cuius exemplar antiquum M. S. in archiuis Beghinagij Leodien. aſſeruatur, & infra ſuis locis proferetur) à quoquam ex profeſſo, quod ſciam, tractata, ſentiendum ſit, ex varijs Authoribus & antiquis munimentis collegi, ijſque contenta in dicta Diſputatione, in gratiam illorum quibus ea, propter paucitatem exemplariorum, communicari non potuit, paſſim inſerui; emendatis tamen & additis ijs, quæ, prout antiquitatis ſtu-

4

5

Digitized by Google

dioſis euenire ſolet, ex diligentiore inquiſitione, & exactiore diſcuſſione huius materiæ, emendanda & addenda deprehendi, libenter omnia ſubijciens cenſuræ ac vlteriori emendationi veræ antiquitatis Studioſorum, qui authoritatibus probatis, & rationibus fundatis, abſque inanium verborum copia, veritatem hiſtoricam cenſent indagandam.

SECTIO I.

Generalia quædam de nomine & origine Beghinarum.

1 PAuci Authores reperiuntur qui Beghinarum meminerunt, ante Concilium Vienneſe. Præterquam apud Ven. Thomam à Cantipato & Ægidium Aureę Vallis vix extra munimenta quædam, vt infra patebit, ipſum nomen reperitur. Poſt dictum vero Concilium occaſione errorum quorundam in eo damnatorum, non ſolum apud authores qui de hæreſibus ſcripſerunt, nomen reperitur, ſed etiam in Iure Canonico aliquoties earum fit mentio. Verum de earum origine, & vnde nomen habeant, parum reperitur. Quod itaque
2 ad nomē attinet, Ioannes Fredericus Lumnius refert vnam opinionem quæ habet, nomen Beghinæ deriuari à Teutonico, *Beghinnen*, quaſi ſignificaretur inſtitutum iſtud ſectantes incipere viam perfectionis vel vitam Religioſam: con-

conſtat enim plures deuotarias ex Beghinagijs
ad vitam monaſticam , adeoque perfectionem
tranſiuiſſe; imo etiam Beghinagia in Monaſte-
ria eſſe conuerſa. Verum cum in partibus Gal-
licanis nomen iſtud prius notum fuerit , vt in-
fra probabitur , à Teutonico deriuatum eſſe
non apparet.

2. Refert idem narrationem quandam fa- 3
buloſam alibi colo eductam ac pridem Loua-
nij vel Antuerpiæ typis euulgatam,de quadam
Regina Bohemiæ Beatrix nomine , quæ cum
filiabus Giſelina & Nazarena ædificaſſent
habitationes ſibi & pluribus alijs virginibus,
quibus nomen *Beghina* , compoſitum ex tribus
initialibus ſyllabis nominum dictarum funda-
tricum,fuiſſet attributum : quam narrationem
tanquam merè fictitiam meritô reijcit & re-
futat.

3. Ioannes Baptiſta Gramayus in Antuerpia 4
ſua c. 8. refert quoſdam velle Beghinis nomen
inditum , à Lineo capitis velamine Beccam id eſt re-
curuum quid & prominens oſtentante. cui non abſi- 5
mile eſt quod alij adferunt , à vittis ſcilicet li-
neis puerorum quæ tam Teutonicè quam Gal-
lice,*Beghinæ*,ſiue,*Beguinæ* , appellantur. Quod
non adeo abſonum videtur, dum olim Virgi-
nes ad Matrimonium aſpirantes nudo capite
ſoleant incedere : propoſitum vero caſtitatis
habentes ſicut pueri, velatas fuiſſe conſtet.

4. Lumnius pag. 40. ita habet : *Aliqui docti* 6
viri,etiam magnæ Authoritatis exiſtimarunt,& etiam

olim in libris ſuis ſcripſerunt, nomen Beghinæ *proueniſſe à S. Vidua Begga . . . . . & quod ipſa fuiſſet prima fundatrix Beghinagiorum.* Quæ ſententia in Pal. Beg. valde verboſè (præter intentionem tamen Authoris, vt apparet, qui in præfatione ſub finem amicè requirit, vt qui de hac materia aliquid proferre volunt, rationibus & non verbis procedant) producitur, & in Declaratione Veridica ſatis exacte defenditur. Porro Lumnius ab ea ſententia recedens, addit, *Quod*
7 *tempus in quo S.* Begga *vixit & defuncta eſt, prohibet nos eam ſententiam credere: ipſa enim non vixit vſque ad annum Domini* 700. *qui iam* 900. *annis præterijt. & eam ætatem* 900. *annorum nulla* Beghinagia, *quæ nunc ſunt, ab initijs ſuis computare vel habere poſſunt, quandoquidem ne vnum vltra* 430. *annis aut circiter extiterit.*

8 5. Aliam itaque ſententiam refert & amplectitur idem Lumnius, Beghinas videlicet nomen & originem habere à pio quodam Sacerdote Lamberto Begho ſiue vt Ægidius aureæ Vallis dicit, le Begue. Verũ, vt quid hac in re tenendum ſit videamus, procedendo ab ijs quæ notiora ſunt, inquirendum:

SECTIO II.

Quales perſonæ hoc tempore propriè Vocentur Beghinæ?

1 ILli quibus res Colonienſium & Traiectenſium notæ ſunt, referunt ibidem & paſſim

per

per Germaniam & Hollandiam Beghinas vocari omnes Religioſas quæ non geſtant velum nigrum, qualium Coloniæ recenſentur quindecim Monaſteria. Quin & Syluæ Ducis quædam Religioſæ prout etiam Sorores Tertiariæ in Ooſterwijck vocantur communiter Beghinæ. Verum illæ non ſunt propriè Beghinæ de quibus agimus, adeoque nullum ex iſtis Monaſterijs habet nomen Beghinagij.

P. Elias in ſuo Palatio pag. 13. ſcribit eas 2 mulieres communiter vocari begginas *quæ non obligatæ perpetua obligatione, viuunt in propoſito & ordinatione ſeruandæ caſtitatis.* Et pag. 76. *Proprium inſtitutum S. Beggæ* (quod vult eſſe Beghinarum) *non eſſe emittere tria perpetua vota, ſed ſolum temporale & voluntarium ſeruare propoſitũ caſtitatis corporis.* &c. Similia fere habet pag. 77. Sanè ſi Beghinæ eo modo rectè deſcribantur, magnam valde habet latitudinem inſtitutum iſtud, & multæ illud ſeruant & ignorant, complectitur enim omnes mulieres non coniugatas, etiam aſpirantes ad Matrimonium, quæ omnes tenentur ſeruare temporale & voluntarium propoſitum caſtitatis, ſaltẽ donec ad legitimũ Matrimoniũ peruenerint. Cũ verô iſtud ſit inſtituti legis Diuinæ, viderit Author iſte, qua ratione aſcribat illud S. Beggæ. Addit eadem p. 77. *Perpetuum votum ad quod varij ſuperiores Beghinas voluerunt cogere vel rationibus inducere, directè contrarium eſſe propriæ eſſentiæ fundationis earum, quæ eſt ſolum temporale propoſitum, vel votum facere caſtitatis.*

ſtitatis. Paulo tamen inferius dicit, in pleriſque Beghinagijs ferè eſſe conſuetudinem, vt vnaquæque in manibus confeſſarij ſecretô perpetuum votum emittat. Peto, Quare hoc votum minus ſit contrarium eſſentiæ fundationis Beghinarum quam illud? Quæ enim contraria ſunt eſſentiæ alicuius inſtituti, non minus ſunt contraria ſi voluntariè vel ex conſuetudine aſſumantur, quam ſi ex inductione aut ordinatione ſuperiorum iniungantur.

3 Pag. 160. Dicit vocabulum Beggina *proprie ſignificare perſonam quæ abſque votis perpetuis mediam vitam ducit, inter ſeculares perſonas, & clauſtrales congregationes*. Similiter ferè loquitur Gramayus in Niuella. Verum cum hæ deſcriptiones excludant illas Beghinas quæ emittunt votum perpetuæ caſtitatis, & competant multis Canonicabus, Beatis tertiæ Regulæ & Filiabus ſpiritualibus, quæ non vocantur Beghinæ, inſufficientes deprehenduntur.

4 Dico itaque, hoc tempore paſſim in Belgio Beghinas proprie dictas eſſe mulieres & Virgines, quæ certum & deſignatum habitum geſtant & emiſerunt votum caſtitatis & obedientiæ ſecundum Statuta ſeu Regulas eis legitimè præſcriptas, quales ab antiquo Leodij fuiſſe ex infra dicendis patebit. Statuta vero iſta aliquibus locis ſunt ab Ordinarijs tradita, quibus a-

5 liæ poſt nuperrimas turbas, motu proprio ſe conformarunt: Agendo enim de antiquis Statutis Beginarũ: Quantum ad Leodienſe primũ

Belgij

Digitized by Google

Belgij Beginagiũ attinet,à Ven.Lamberto fun-
datore,qui Inſtituti Beginarũ cõfirmat. à Põti-
fice obtinuiſſe ſcribitur, omnino veriſimile eſt,
Statuta aliqua habuiſſe ; inſtitutum enim ſine
ſtatutis ſubſiſtere nequit. Quin & Radulphum
iſtius temporis Epiſcopum iſta, Statuta confir-
maſſe,vel ipſum aliqua dediſſe colligitur ex eo,
quod etiam nomen Patriarchæ Beghinarum
affectarit. Statuta tamen illa ſiue Radulphi,ſi-
ue ipſius Lamberti,& approbatio, ſi quam ob-
tinuerit, in memorabili illa euerſione vrbis an.
1212. perierunt. Quomodo verô poſtea ſta-
tuta acceperint dicam. Ioannes Epiſc. litteris
datis anno 1283. pro directione ſtatus Beghi-
nagij ordinauit,vt eligerentur quatuor Beghi-
næ,quę cunctos exceſſus,qui vergere videbun- 7
tur contra dicti Beghinagij honeſtatem, defe-
rant Inueſtito rectori earum , vt delinquentes
cum conſilio & aſſenſu earumdem quatuor,
puniat,corrigat,& caſtiget, etiam per eiectionem
ex parochia,&c.præcipiens tamen,*ardua & ma-
iora, ſibi & ſucceſſoribus reportari.*

Similes litteras dedit Hugo Ep. anno 1296.
Alia quidem vſque ad illa tempora non repe-
riuntur Statuta.Aliqua tamen fuiſſe conſtat ex
litteris Adulphi Ep. datis anno 1315. quæ ha-
bent:*Licet autem nonnulli prædeceſſorum noſtrorum ..
quædam pro Beghinarum congregatione manu tenenda
ſalubriter hactenus ordinaſſe noſcantur ; quia tamen
illa minus,experientia docente, ſufficiunt*,&c. ſtatuit
vt per deputatos ſuos duodecim Beghinę aſſu-

ERRATA.

PAg.5.lin.29. habentes,ſicut. 6..16. annos. 20.. 28. leg. 21. 26..9. colligi poteſt. 53..29. nominantur. 56..17.habuiſſent. 57..5.Begga. 64.. 21. aſſerunt. 65..19. diſertis 72..23. tollet. 76..4. 1216. 84..20.prauia. 93..24.perfectionis. 94..19. diuiſim. 26. ipſas. eas. 110..26. liceat. 111..16.occurrente.18. *dele*, hoc.. 23. *dele*, ad. 115..12.n..10. 126..11.ſeruare. 156..21. ponuntur, *lege*, citantur. ſec.24.n.16. 158..14.*dele*,vt opinor,ſunt quædã,*lege*: ſunt quadraginta. 176..31. attribuit. Apoſt. 191.. 11. Quinam. 23.ceteri? 200..25. momenti. 203.. 26.milites. 220..6. *adde*, ſup.ſec.16.n.10.

Reliqua nonnulla beneuolus Lector facilè emendabit abſq; indice.

63.30.*inſerendum*: R. item D. Arnoldus Salicetus Canonicus Huenſis in literis datis 14. Aprilis 1629. agens de Andanenſibus,

Apparet, inquit, *quod aliquando fuerunt vocatæ Sanctimoniales, Religioſæ verò vel Beghainæ nunquam. Vnde videtur quod nomen Beghainæ non venit à Begga, cum inſtitutum Beghinarum & Regula ſint prorſus diuerſa ab inſtituto S. Beggæ. & traditio eſt hîc, quod à Lamberto Beggho Leodienſi primum nomen & inſtitutum ſortitæ ſunt.*

Digitized by Google

DISQVISITIO HISTORICA DE ORIGINE BEGHINARVM ET BEGHINAGIORVM BELGII,

Petri Coens S. T. Licentiati Canonici Antuerpienſis.

PRÆFATIO.

QVandoquidem authore S. Hieronymo, vnumquodque propoſitum ſiue inſtitutum principes ſuos habeat, atque vtilè & iucundum ſit ijs qui inſtitutum aliquod ſectantur, ſcire à quo illud originem & nomen habeat, vnde argumentum ſubinde accipiant, animum in huius vitæ ſtadio corporis mole grauatum, & tædio langueſcentem, reficiendi, & ad perſeuerantiam excitandi; iſtud in Virginibus, Beghinis communiter dictis, non minus quam in alijs Religioſis vſu venire meritô cen-

næ nomen , inſtitutum & originem habeant à S. Begga Brabantiæ Duciſſa. & negatiuam reſponſionem amplectendam eſſe breuiter oſtenderam, eamque priuatim tantum quibuſdam communicaueram. Verum ad eam refutandam editus & publicè in officinis expoſitus fuit libellus ſub titulo *Declarationis veridicæ.* & R. P. Elias à S. Tereſia Ord. Diſcalceatorum Flandrico ſer- 4
mone edidit librum ſub titulo Palatij Beghinagiorum, in quo multis affirmatiuam probare conatur; & in Præfatione, iactitat, ſe etiam tertio refutare omnia quæ hactenus contra eam obiecta fueruut. Quare eodem ſtudio inquirendæ veritatis (pręterquam quod in dicta Declaratione quædam valde acutè dicta mihi calcaria meritô adhibuerunt) excitatus fui, ad argumentum iſtud reſumendum , & quid in hac materia, ſatis obſcura, & ante hac, præterquam à prædicto D. Lumnio lib. M. S. & M. Guilielmo Fanio Canonico D. Martini Leodien, qui inter alia breuem tractatum ſcripſit de origine Beghinarum, (cuius exemplar antiquum M. S. in archiuis Beghinagij Leodien. aſſeruatur, & infra ſuis locis proferetur) à quoquam ex profeſſo, quod ſciam, tractata , ſentiendum ſit , ex varijs Authoribus & antiquis 5
munimentis collegi , ijſque contenta in dicta Diſputatione , in gratiam illorum quibus ea, propter paucitatem exemplariorum , communicari non potuit, paſſim inſerui; emendatis tamen & additis ijs, quæ, prout antiquitatis ſtu-

dioſis euenire ſolet, ex diligentiore inquiſitione, & exactiore diſcuſſione huius materiæ, emendanda & addenda deprehendi, libenter omnia ſubijciens cenſuræ ac vlteriori emendationi veræ antiquitatis Studioſorum, qui authoritatibus probatis, & rationibus fundatis, abſque inanium verborum copia, veritatem hiſtoricam cenſent indagandam.

SECTIO I.

Generalia quædam de nomine & origine Beghinarum.

1 PAuci Authores reperiuntur qui Beghinarum meminerunt, ante Concilium Vienneſe. Præterquam apud Ven. Thomam à Cantipato & Ægidium Aureę Vallis vix extra munimenta quædam, vt infra patebit, ipſum nomen reperitur. Poſt dictum vero Concilium occaſione errorum quorundam in eo damnatorum, non ſolum apud authores qui de hæreſibus ſcripſerunt, nomen reperitur, ſed etiam in Iure Canonico aliquoties earum fit mentio. Verum de earum origine, & vnde nomen habeant, parum reperitur.
2 Quod itaque ad nomẽ attinet, Ioannes Fredericus Lumnius refert vnam opinionem quæ habet, nomen Beghinæ deriuari à Teutonico, *Beghinnen*, quaſi ſignificaretur inſtitutum iſtud ſectantes incipere viam perfectionis vel vitam Religioſam: con-

conſtat enim plures deuotarias ex Beghinagijs ad vitam monaſticam, adeoque perfectionem tranſiuiſſe; imo etiam Beghinagia in Monaſteria eſſe conuerſa. Verum cum in partibus Gallicanis nomen iſtud prius notum fuerit, vt infra probabitur, à Teutonico deriuatum eſſe non apparet.

2. Refert idem narrationem quandam fabuloſam alibi colo eductam ac pridem Louanij vel Antuerpiæ typis euulgatam, de quadam Regina Bohemiæ Beatrix nomine, quæ cum filiabus Giſelina & Nazarena ædificaſſent habitationes ſibi & pluribus alijs virginibus, quibus nomen *Beghina*, compoſitum ex tribus initialibus ſyllabis nominum dictarum fundatricum, fuiſſet attributum: quam narrationem tanquam merè fictitiam meritô reijcit & refutat. 3

3. Ioannes Baptiſta Gramayus in Antuerpia ſua c. 8. refert quoſdam velle Beghinis nomen *inditum, à Lineo capitis velamine Beccam id eſt recuruum quid & prominens oſtentante.* cui non abſimile eſt quod alij adferunt, à vittis ſcilicet lineis puerorum quæ tam Teutonicè quam Gallice, *Beghinæ*, ſiue, *Beguinæ*, appellantur. Quod non adeo abſonum videtur, dum olim Virgines ad Matrimonium aſpirantes nudo capite ſoleant incedere: propoſitum vero caſtitatis habentes ſicut pueri, velatas fuiſſe conſtet. 4 5

4. Lumnius pag. 40. ita habet: *Aliqui docti viri, etiam magnæ Authoritatis exiſtimarunt, & etiam* 6

olim in libris ſuis ſcripſerunt, nomen Beghinæ *proueniſſe à S. Vidua Begga . . . . . & quod ipſa fuiſſet prima fundatrix Beghinagiorum.* Quæ ſententia in Pal. Beg. valde verboſè (præter intentionem tamen Authoris, vt apparet, qui in præfatione ſub finem amicè requirit, vt qui de hac materia aliquid proferre volunt, rationibus & non verbis procedant) producitur, & in Declaratione Veridica ſatis exactè defenditur. Porro Lumnius ab ea ſententia recedens, addit, *Quod*
7 *tempus in quo S.* Begga *vixit & defuncta eſt, prohibet nos eam ſententiam credere: ipſa enim non vixit vſque ad annum Domini* 700. *qui iam* 900. *annis præterijt. & eam ætatem* 900. *annorum nulla* Beghinagia, *quæ nunc ſunt, ab initijs ſuis computare vel habere poſſunt, quandoquidem ne vnum vltra* 430. *annis aut circiter extiterit.*

8 5. Aliam itaque ſententiam refert & amplectitur idem Lumnius, Beghinas videlicet nomen & originem habere à pio quodam Sacerdote Lamberto Begho ſiue vt Ægidius aureæ Vallis dicit, le Begue. Verũ, vt quid hac in re tenendum ſit videamus, procedendo ab ijs quæ notiora ſunt, inquirendum:

SECTIO II.

Quales perſonæ hoc tempore propriè Vocentur Beghinæ?

1 ILli quibus res Colonienſium & Traiectenſium notæ ſunt, referunt ibidem & paſſim

per

Digitized by Google

per Germaniam & Hollandiam Beghinas vocari omnes Religioſas quæ non geſtant velum nigrum, qualium Coloniæ recenſentur quindecim Monaſteria. Quin & Syluæ Ducis quædam Religioſæ prout etiam Sorores Tertiariæ in Ooſterwijck vocantur communiter Beghinæ. Verum illæ non ſunt propriè Beghinæ de quibus agimus, adeoque nullum ex iſtis Monaſterijs habet nomen Beghinagij.

P. Elias in ſuo Palatio pag. 13. ſcribit eas 2
mulieres communiter vocari begginas *quæ non obligatæ perpetua obligatione, viuunt in propoſito & ordinatione ſeruandæ caſtitatis.* Et pag. 76. *Proprium inſtitutum S. Beggæ* (quod vult eſſe Beghinarum) *non eſſe emittere tria perpetua vota, ſed ſolum temporale & voluntarium ſeruare propoſitũ caſtitatis corporis*, &c. Similia fere habet pag. 77. Sanè ſi Beghinæ eo modo rectè deſcribantur, magnam valde habet latitudinem inſtitutum iſtud, & multæ illud ſeruant & ignorant, complectitur enim omnes mulieres non coniugatas, etiam aſpirantes ad Matrimonium, quæ omnes tenentur ſeruare temporale & voluntarium propoſitum caſtitatis, ſaltẽ donec ad legitimũ Matrimoniũ peruenerint. Cũ verô iſtud ſit inſtituti legis Diuinæ, viderit Author iſte, qua ratione aſcribat illud S. Beggæ. Addit eadem p. 77. *Perpetuum votum ad quod varij ſuperiores Beghinas voluerunt cogere vel rationibus inducere, directè contrarium eſſe propriæ eſſentiæ fundationis earum, quæ eſt ſolum temporale propoſitum, vel votum facere caſtitatis.*

Digitized by Google

ſtitatis. Paulo tamen inferius dicit,in pleriſque Beghinagijs ferè eſſe conſuetudinem, vt vnaquæque in manibus confeſſarij ſecretô perpetuum votum emittat. Peto, Quare hoc votum minus ſit contrarium eſſentiæ fundationis Beghinarum quam illud? Quæ enim contraria ſunt eſſentiæ alicuius inſtituti, non minus ſunt contraria ſi voluntariè vel ex conſuetudine aſſumantur, quam ſi ex inductione aut ordinatione ſuperiorum iniungantur.

3 Pag. 160. Dicit vocabulum Beggina *proprie ſignificare perſonam quæ abſque votis perpetuis mediam vitam ducit, inter ſeculares perſonas, & clauſtrales congregationes*. Similiter ferè loquitur Gramayus in Niuella. Verum cum hæ deſcriptiones excludant illas Beghinas quæ emittunt votum perpetuæ caſtitatis,& competant multis Canonicabus,Beatis tertiæ Regulæ & Filiabus ſpiritualibus,quæ non vocantur Beghinæ, inſufficientes deprehenduntur.

4 Dico itaque, hoc tempore paſſim in Belgio Beghinas proprie dictas eſſe mulieres & Virgines, quæ certum & deſignatum habitum geſtant & emiſerunt votum caſtitatis & obedientiæ ſecundum Statuta ſeu Regulas eis legitimè præſcriptas, quales ab antiquo Leodij fuiſſe ex infra dicendis patebit. Statuta vero iſta aliquibus locis ſunt ab Ordinarijs tradita,quibus a-
5 liæ poſt nuperrimas turbas, motu proprio ſe conformarunt: Agendo enim de antiquis Statutis Beginarũ: Quantum ad Leodienſe primũ

Belgij

Digitized by Google

Belgij Beginagiũ attinet,àVen.Lamberto fun-
datore,qui Inſtituti Beginarũ cõfirmat. à Põti-
fice obtinuiſſe ſcribitur, omnino veriſimile eſt,
Statuta aliqua habuiſſe ; inſtitutum enim ſine
ſtatutis ſubſiſtere nequit. Quin & Radulphum
iſtius temporis Epiſcopum iſta, Statuta confir-
maſſe,vel ipſum aliqua dediſſe colligitur ex eo,
quod etiam nomen Patriarchæ Beghinarum
affectarit. Statuta tamen illa ſiue Radulphi,ſi-
ue ipſius Lamberti,& approbatio, ſi quam ob-
tinuerit, in memorabili illa euerſione vrbis an.
1212. perierunt. Quomodo verô poſtea ſta-
tuta acceperint dicam. Ioannes Epiſc. litteris
datis anno 1283. pro directione ſtatus Beghi-
nagij ordinauit,vt eligerentur quatuor Beghi-
næ,quę cunctos exceſſus,qui vergere videbun- 7
tur contra dicti Beghinagij honeſtatem, defe-
rant Inueſtito rectori earum ,vt delinquentes
cum conſilio & aſſenſu earumdem quatuor,
puniat,corrigat,& caſtiget, etiam per eiectionem
ex parochia,&c.præcipiens tamen,*ardua & ma-
iora, ſibi & ſucceſſoribus reportari.*

Similes litteras dedit Hugo Ep. anno 1296.
Alia quidem vſque ad illa tempora non repe-
riuntur Statuta.Aliqua tamen fuiſſe conſtat ex
litteris Adulphi Ep. datis anno 1315. quæ ha-
bent:*Licet autem nonnulli prædeceſſorum noſtrorum ..
quædam pro Beghinarum congregatione manu tenenda
ſalubriter hactenus ordinaſſe noſcantur ; quia tamen
illa minus,experientia docente, ſufficiunt*,&c. ſtatuit
vt per deputatos ſuos duodecim Beghinę aſſu-

8 merentur cum quarum conſilio & aſſenſu Inueſtito S. Chriſtophori (templi Beghinagij) *fas ſit, plenaque licentia, ſtatuendi tam circa Beghinarum habitum, quam inceſſum, & alia quæ gratam Deo pariant honeſtatem*, &c.

Anno autem 1325. numerum illum ad octo reuocauit & ipſe Epiſcopus dedit Statuta, quæ quia vetuſtiſſima ſunt, quæ alibi reperiri poſſunt, atque ex ijs patet quam religioſum initio fuerit iſtud inſtitutum, illa hic refero.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis Adulphus
Dei gratia Leodienſis Epiſcopus ſalutem & ſince-
ram in Domino caritatem. Vitam religioſam agentibus
debita conſideratione proſpicere nos oportet, ne cuiuſuis
neglectus occaſio vel deſides eos faciat, aut quod abſit
robur ſanctæ conuerſationis infringat. Dum igitur
Beghinarum Parochiæ S. Chriſtophori prope Leodium
quæ mundam, & immaculatam apud Deum, & patrem
religionem iuxta verbum Iacobi Apoſtoli ſectantes, ne-
dum immaculatas ab hoc ſæculo cuſtodire ſe ſatagunt;
9 *Sed, & pupillos, & viduas in ſuis tribulationibus viſi-*
tantes; nunc ſe diſciplinis afficiunt, nunc orationum in-
ſtantia Deum placant, tam laudabile, tamque ſalubre
propoſitum ſtudioſa mente penſamus. Statum ſiqui-
dem earundem eo libentius felicem efficimus, quo tam
noſtrum quam totius nobis crediti gregis, ipſarum poſſe
meritis proſperari, ſpe firmiori tenemus. Licet autem
nonnulli prædeceſſorum noſtrorum, quietem Beghina-
rum huiuſmodi procul dubio zelantes & pacem, quæ-
dam pro ſua congregatione manu tenenda ſalubriter
hacte-

Digitized by Google

hactenus ordinaſſe noſcantur : quia tamen illa minus, experentia docente, ſufficiunt, eiſdem prouidere modo decreuimus ampliori. Quamobrem ſtatuimus ac tenore præſentium ordinamus, quod qualibet Beghina ſuo Inueſtito ſeu Curato obediat in licitis & honeſtis, & ad 10 *minus ter in anno ſuam faciat confeſſionem, & toties communicet; & quod ſemel ad minus in anno confiteatur proprio ſacerdoti, & in quatuor præcipuis ſolemnitatibus & alijs, ſi fieri poteſt. Illæ quæ extra domum ſunt reuertantur, ac in vigilijs dictarum magnarum ſolemnitatum ante nonam. Omnes infirmæ perſonæ Euchariſtiæ recipiant Sacramentum, niſi aliquid Canonicum obſiſtat; volentes quod Prioriſſæ ſeu Magiſtræ domorum ſciant vbi & cui Beghinæ ſuæ confiteantur; ita quod poſſint, ſi neceſſe fuerit, Inueſtito indicare; Nullaque Beghina per Ciuitatem diſcurrat vel incedat abſque honeſta Societate. Item Ordinamus quod in quolibet Conuentu ſeu qualibet domo, habeatur vna Prioriſſa ſeu Magiſtra, à qua aliæ recipiant licentiam quando exeunt domum vel Conuentum ad aliquos neceſſarios procurandos. Præterea vitam aliquarum merito deteſtantes, quæ non contentæ peccatis proprijs, alias ad luxuriæ peccatum inducunt, mediantes exiſtendo; eas ſub pœna excommunicationis præcipimus euitari, & à conſortio aliarum expelli, ſi ſuper his aliquæ culpabiles fuerint deprehenſæ. Item inhibemus ſub pœna excommunicationis, ne aliqua Beghina corizet, & ne publice cantet cantelinas diſſolutas. Item inhibemus ſub pœna excommunicationis, ne aliqua Beghina contra aliquam aliam rancorem habeat, vel odio diffamare præſumat. Et ſub eadem pœna præcipimus, ne ali-*

11 *ne aliqua Beghina pro exceſſibus ſuis correcta, conque-
ratur amicis ſuis de quibuſcumque perſonis, quæ ad fa-
ciendam correctionem prædictam manum porrexerunt
adiutricem. Item præcipimus ne aliqua Beghina poſt
pulſationem campanæ de ſero ad ianuas verſus plateas
ſedeat, & ne domum exeat, niſi pro magna neceſſitate.
Item inhibemus ſub pœna excommunicationis ne aliqui
viri qui decimum annum compleuerint, cuiuſcumque
ætatis exiſtant, in domibus vbi Beghinæ morari conſue-
uerunt, recipiantur vel morari permittantur. Præcipi-
mus etiam ſub eadem pœna, quod mulieres, ſæcularem
habitum deferentes, ſi cum Beghinabus morari volue-
rint vel in terminis earundem, habitum & modum vi-
uendi recipiant Beghinarum, alioquin in conſortio Be-
ghinarum nullatenus admittantur ad morandum. Ve-
rum quia ad præſens, omnes caſus & circumſtantias,
quæ ad honeſtatem vitæ ſectandam & continuandam
requiruntur, excogitare non valemus, ex abundanti
Ordinamus, quod in dicto Beghinagio Sancti Chriſto-
phori eligantur octo Beghinæ probati teſtimonij vitæ-
que laudabilis, cum quarum conſilio pariter, & aſſenſu
12 Inueſtito Sancti Chriſtophori, qui nunc eſt vel erit im-
poſterum, fas ſit plenaque licentia ſtatuendi tam circa
Beghinarum habitum quam inceſſum & alia quæ gra-
tam Deo pariant honeſtatem, quibus etiam Beghina-
bus ipſis ſubſtrahatur peccandi occaſio, deturque mate-
ria promerendi. Dictus inſuper inueſtitus cum prædi-
ctarum aſſenſu rebelliones inſolentias, & exceſſus quos
de quacumque Beghina, ſiue ſit de numero octo prædi-
ctarum, ſiue de alijs mulieribus infra limites dicti. Be-
ghinagij reſidentibus ſciri, vel reperiri continget abſq;
perſo-*

Digitized by Google

perſonarum adſpectu ſolum Deum habens præ oculis per
cenſuram Eccleſiaſticam & alias vice noſtra ſtudioſè
puniat corrigat,& caſtiget,ita quod ſi ſecundum con-
ſuetudinem Beghinagÿ ſupradicti comperti delicti
quantitas vel rebellio delinquentis id forſan exegerit,
de conſenſu nihilominus prædictarum Beghinarum, di-
ctus Inueſtitus de ſua Parochia huiuſmodi delinquen-
tem eÿciat,eamque faciat omnium aliarum familiari-
tatis extorrem. Ordinamus etiam, quod quando corre-
ctio aliqua imminet facienda Beghinæ; illæ quæ per ſo-
num campanæ vt moris eſt ad correctionem huiuſ-
modi fuerunt euocatæ ſi venire noluerint,ad venien-
dum & aliÿs aſsiſtendum ab Inueſtito per cenſuram Ec-
cleſiaſticam compellantur. Quod ſi dicti exceſſus adeo 13
graues exſtiterint vel enormes, quod circa correctio-
nem ipſarum ſit maior diſcretio requirenda, volumus
eas ad dilectos nobis in Chriſto Virum Religioſum, Ab-
batem Sancti Iacobi, & Magiſtrum Philippum Deca-
num Sanctæ Crucis Eccleſiarum Leodienſium referri,
vt cum eorum conſilio prout res exegerit, puniantur:
Nos enim eis,quantum ad præmiſſa,committimus vices
noſtras. Quando vero de prædictis octo Beghinabus a-
liquam mori contigerit vel prorſus inhabilem forte
reddi, ſupradictus Inueſtitus cum ſuperſtitibus ſiue reſi-
duis,loco illius aliam Deo dignam ſubſtituant indilate,
quæ niſi tam rationabiliter quam patenter excuſabilis
habeantur,ipſa & aliæ prius electæ per Inueſtitum ipſum
onus ſuſcipere Eccleſiaſtica cenſura cogantur. Et licet
certa ratione penſata,octo Beghinas, & non pauciores,
cum Inueſtito prædicto ad regimen congregationis ea-
rum,vt ſupradictum eſt, volumus aſſumi:noſtra tamen
inten-

intentionis exiſtit, quod in faciendis Statutis, exceſſibus corrigendis & culpis, eligendis nouis, & quibuſcumque alijs exercendis, id ſemper liberè valeat, & procedat, ad quod acceſſerit conſenſus Inueſtiti, & Beghinarum de dictis octo ſuperius memoratis. Volumus etiam quod prædicti Inueſtitus, & Beghinæ principales, quandocumque conſilium aliquarum aliarum Beghinarum prædictæ Parochiæ habere voluerint, vocatæ ab eiſdem ſine difficultate veniant, & cum eis conferant de correctionibus & alijs parochiæ negotijs vtiliter faciendis. Præterea abſolutiones excommmunicationum quas propter inobedientiam incurrent præmiſſorum tranſgreſſores, nobis reſeruamus, ſeu illi cui, ſuper hoc vices noſtras duxerimus committendas. Et vt præmiſſa maioris ſint roboris & firmitatis, Sigillum noſtrum præſentibus litteris, vſque ad voluntatem noſtram duraturis, duximus appendendum.

Datum Anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto die Beati Georgij.

Ex Archiuis autem ibidem patet, eumdem Adolphum anno 1330. plures inſuper dediſſe Ordinationes pro vtilitate & honore Eccleſiæ & Conuentuum, quę ſeruatæ fuerunt vſque ad direptionem & deſtructionem Leodienſem, factam ſub Carolo Audace. Cum verô poſt eam, propter multa bona deperdita, non poſſent iſtę ordinationes obſeruari, de conſenſu Commiſſarij Epiſcopi Ioannis de Hornes, electi 1482. Inueſtitus cum Magiſtrabus nouas fecerunt, quæ ſatis conuenientia ſunt ijs quæ Ioannes Heinſ-

Digitized by Google

Heinſbergius Ep. Leod. anno 1429. Louanienſi Beghinagio dedit, dum ſtatuta ibidem *in tantum neglecta eſſent, vt nec inde ſcriptura reperiretur*. In quibus inter cætera ordinatur : *Veſtes Beghinales erunt ſimplices & honeſtæ, nec nimia longitudine, arctitudine neque latitudine notandæ , paruas* 14
manicas habentes , nullus ornatus ſit in ijſdem de vario vel ſerico, nulluſque color niſi griſeus, albus aut brunettus. Veſtes etiam portabunt non laqueatas, ſed ad inſtar aliarum Religioſarum curioſitatem veſtium in omnibus vitabunt, ranſas & togas infra Curiam ac ciuitatem non portabunt De admittenda verò: dicitur : *Ipſa Parochiano & Magiſtrabus præſentibus per fidem ſuam obedientiam promittet Parochiano & Magiſtrabus prædictis in quibuſcumque licitis & honeſtis, & quod ſecundum ſtatuta & ordinationes eiuſdem Curiæ caſtè viuet quamdiu eandem ibidem morari continget*, &c. In Leodienſibus additur de velamine capitis. *Item qu'elles portent affuleurs & loyeurs conuenables ſans porter large couurechiefs deſoubs laffuleur.* Ex quibus apparet quod vſque
ad illa tempora Beghinæ non habuerunt capi- 15
tis velamina diſtincta à ſecularibus mulieribus, quas olim more moderno Beghinarum tectas fuiſſe antiquæ picturæ docent , & præficæ Bruxellenſes etiamnum exhibent. Hæc de Statutis Beghinagij Leodienſis & Louanienſis, quibus conformia etiam alijs Beghinagijs eiuſdem Diocœſis data fuiſſe veriſimile eſt. In Antiqua verò Diocœſi Cameracenſi , Tornacenſi, &c. quamuis Epiſcopi aliquot priuilegia Beghi-

Digitized by Google

Beghinagijs conceſſiſſe, eaſque in ſuam prote-
ctionem ſuſcepiſſe ex Deplomatibus , quæ
etiamnum ſuperſunt, conſtet ; Statuta autem
vel Regulas plæriſque locis dediſſe non con-
ſtat Archiua Beghinagij MechlinienſisLirenſis
& quorundam aliorum locorum, habent litte-
ras Ep. Cam. datas 1323. quibus communica-
tur Bulla Ioan.22. de qua infra. in quibus qui-
dem conceditur , vt Beghinæ ſub obedientia
Magiſtrarum in habitu griſeo humili & hone-
ſto remanere valeant,ſed de ſtatutis nulla vlte-
16 rior mentio. Gramayus annotauit Cortraci
Capitulum & Senatum anno 1250. Beghinis
Statuta dediſſe. Arſchoti ſuperſunt Statuta
data & approbata à Domino temporali anno
1389. Liræ leguntur litteræ Ioannæ Duciſſæ
Brabantiæ datæ anno 1380. quibus Parochia-
no & Magiſtrabus Curiæ vel curtis concedi-
tur,vt poſſint ordinare in Beghinagio talia ſta-
tuta & puncta, qualia alibi in ciuitatibus ſuis
Beghinagia habent.Reperiuntur tamen Statu-
ta anno 1401. facta à Scabinis & Iuratis oppi-
di ac Mamburnis , cum Parochiano & Magi-
ſtrabus Beghinagij,quibus Parochianus &Ma-
giſtræ,vigore antedictæ conceſſionis,an. 1526.
aliquas ordinationes adiunxerunt.In dictis au-
tem Statutis nulla fit mentio voti alicuius , ſed,
quod omnes filiæ curtis erunt ſub obedientia
Parochiani & Magiſtrarum : & quod illæ quæ
non volunt in obedientia & honeſta conuerſa-
tione ſe reliquis conformare , amouebuntur à
con-

conſortio aliarum. De veſtibus vero ferè idem quod ſupra Louanienſibus ordinatum fuit præſcribitur, vt ſint ex albo griſeo vel nigro, vel mixto griſeo vel brunetto, in quo albū eſt, *ende van maeckſele rocken met tvvee bodeken te maken vvijt na dats men in d'ander houen pleegd, mouvven tot op de handt, ongeknopt ende niet uytgevoedert noch gepruſt. onderrocken ſimpelijck gemaect niet vvtvvert vvtgecoppelt . . . falien ſullen ſy dragen van veruen alſoo voorſz. is.* Additur inſuper. Si qua veniat vt fiat Beghina in habitu ſeculari, habitum illum geſtare non poterit niſi primo anno, & interea ſibi comparare teneatur veſtes Beghinales. Ex quibus apparet quod ibidē nō ſoleant aliquod emittere votū, ſed quod ſola habitatione & mutatione veſtium fiebant Beghinæ. 17
Poſterioribus verò temporibus reperitur ibidem votum requiſitum fuiſſe, hac forma: *Ego N. promitto tibi D. Parochiano & Magiſtrabus nunc exiſtentibus & futuris obedientiam & caſtitatem tam diu ac in Curia, Beghina habitabo.* Varia paſſim fuerunt 18
Statuta Beghinagiorum, imo in ſingulis fere diuerſa ab ipſis cum ſuo tantum Paſtore concepta. Quare Ill. D. Hauchinus Archiep. Mechlinien. (vt habet Præfatio Regulæ) cum ex Viſitatione Beghinagiorum ſuæ Diœceſis deprehenderat ſtatuta olim ab Epiſcopis in Belgio Beghinis data, cum tempore ita collapſa & valde mutata, vt ſingulæ ferè congregationes peculiaria ſtatuta aſſumpſerāt; neceſſariū duxit ad tales perſonas, quæ ſunt eiuſdem vocationis

ſub vna Regula reducendas, ex varijs ordinationibus ſeligere puncta vtiliora,& conuenientiora, quibus omnes vnanimiter, ſalutariter & virtuosè in eiuſmodi congregatione poſſent conuerſari & perſeuerare, reuocans & annullans omnes præcedentes ordinationes & ſtatuta quę Beghinagia in communi concernebant, vnde & habitum quem modô geſtant, votum quod emittunt præſcripſit; quæ etiam in alijs quibuſdam Diœceſibus abſque ordinatione proprij Epiſcopi fuerunt acceptata vel ijs conformia ab ordinarijs, prout ab Ill. D. A Bergis
19 Antuerpiæ,fuêre propoſita, ita vt Ill. D. Hauchinus, ſaltem in Brabantia, meritô dici poſſit Patriarcha Beghinarum, cum inſtitutum iſtud eo modo reformauit, & ad maiorem perduxit perfectionem,quam antea ibidem vnquam habuit, & Beghinagia Diœceſis iſtius, quæ prius propter diuerſitatem Statutorum erant quaſi diuerſi inſtituti,fecit eſſe eiuſdem & vnius moris. Aliquibus tamen locis vtuntur Beghinæ adhuc alio habitu vt Leodij griſeo, alibi cæruleo, alibi habitu ſecularibus communi vt Niuellæ,
20 Namurci & Huy. Niuellis enim ex tanto numero, qui olim ibidem fuerunt Beghinarum, ſolum reperiuntur circiter 25. habentes nomen Beghinæ,quæ ex bonis quæ ſuperſunt ex infirmarijs olim pro Beghinis ibidem fundatis, accipiunt certam portionem; & ſolum ſemel aut bis in anno,habitu Beghinali,debent compare-
21 re in proceſſione. Namurci autem & Huy Beghina-

ghinagium vocatur domus quam inhabitant 10. aut 12. puellæ vel mulieres; eo modo quo Antuerpiæ & Bruxellæ in locis *Godtshuyſen* dictis, certo numero mulieres & puellæ ſimul cōmorātur. Ex dictis ſatis patere arbitror inſtitutum Beghinārum olim diuerſis locis fuiſſe diuerſum, & quibuſdam locis paulatim perueniſſe ad maiorem perfectiónem, & tandem ad eam quam modo habet, vt iam dictum eſt.

SECTIO III.

Quales olim dictæ fuerunt Beghinæ?

SEctione præcedenti dictum eſt, Leodij ab initio quo nomen Beghinarum inductum fuit, fuiſſe Beghinas quales hodie propriè vocantur in Brabantia, quæ videlicet vitam inſtituunt ſecundum Regulas & ſtatuta ipſis legitimè præſcripta, quales tantū inſtitutum Beghinarum ſeruare dici poſſe cenſeo. Verum illud nomen etiam alijs deuotis mulieribus extra Conuentus aut Beghinagia pro arbitratu ſuo viuentibus, commune fuiſſe, conſtat. Vnde Gramayus in Niuella ſua, & aliqui docti viri eum ſecuti, ſcripſerunt Dominas Niuellenſes olim fuiſſe vocatas Beghinas. Verum per Bullam Vrbani quam non ſatis attentè inſpexit (adeoque exiſtimauit eſſe Vrbani II. cum ſit Vrbani IV. vt infra oſtendetur) deceptus, pluribus alijs aberrandi occaſionem præ-

 buit.

buit. Ibidem etiam addit ſe docere poſſe; *Beghinæ nomen olim Auguſtum & nobilibus medium illud vitæ genus inter cœnobiticam & ſæcularem profeſſis proprium fuiſſe.* Et in Antuerpia c. 8. *Nomen Beghinarum Niuellis & Andenniæ etiam duobus ſeculis ante Lambertum le Begge* (de quo infra) *in vſu & ore fuiſſe.* Sine fundamento autem iſta dici infra ſect. 9. oſtendetur.

2 Moniales etiam olim fuiſſe vocatas Beghinas conſtat ex Cæſario (ſcripſit anno 1222) qui l. 2. c. 21. refert de quodam D. Waltero Religioſo, poſtea Abbate Villarienſi, qui cum intellexiſſet Monachum quendam gratiam lachrymarum percepiſſe à Religioſa quadam Ordinis Ciſtercienſis, rogauit Abbatem ſuum, vt liceret ei tales viſitare. Veniens autem ad domum cuiuſdam honeſtæ Matronæ Brabantiæ hoſpitandi gratia, quæ cum intellexiſſet deſiderium eius, dixit in ioco, *Quid quæritis videre iſtas Beghinas?* &c. Ita in Poſtulo Monaſterio Ord. Præmonſtratenſis etiamnum oſtenditur

3 locus qui nominatur Beghinagium, in quo non Beghinæ vt ſibi perſuadet & ex coniecturis tantum, probare conatur Auth. Palatij pa. 184. ſed Moniales iſtius Ordinis Deo conſecratę aliquando habitaſſe oſtendit D. Wichmans in deſcript. orig. dicti Monaſterij de quo latius infra ſect. 23. numer. 7. In antiquis Regiſtris Cameracenſibus leguntur Beghinæ de Hallis, vbi conſtat nunquam fuiſſe Beghinas, verum paruum ibidem ſolum eſt Monaſterium Hoſpi-

Hoſpitale vocatũ, in quo modo ſunt griſeæ ſorores tertiæ regulæ S. Franciſci. Ante illas ibidem fuerunt Religioſæ velatæ Ord. S. Auguſtini (quales in pleriſque magnis Xenodochijs pridem fuerunt) quæ in dictis Regiſtris vocantur Beghinæ. Verum hæc generaliora.

Agendo autem de ijs quæ primo nomen il- 4
lud habuerunt & ex quibus noſtræ proceſſerunt, Ægidius Leodienſis Religioſus Aureæ vallis 3. p. Volum. geſtorum Pontif. Leodienſium c. 52. ſcribit Beguines dictas fuiſſe mulieres & puellas quæ caſtè viuere proponebant.

Ioannes verò 22. X. l. 3. T. 9. eas ita deſcri- 5
bit: *In multis mundi partibus plurimæ ſunt mulieres, quæ ſimiliter* (ſicut Beguinæ in Alemania) *vulgò Beguinæ vocatæ, ſegregatæ quandoque in parentum, aut ſuis; interdum verò in alijs aut conductis ſibi communibus domibus inſimul habitantes, vitas deducunt honeſtas, Eccleſias de nocte frequentant, Diœceſanis locorum, & parœcialium Eccleſiarum rectoribus reuerenter obediunt*, &c. Tales etiam fuiſſe ſatis apparet illas de quibus Clemens V. De Relig. dom. tit. 11. poſtquam damnauit ſtatum Beguinarum, ſub-
dit: *Sanè per prædicta prohibere nequaquam intendi-* 9
mus, quin ſi fuerint fideles aliquæ mulieres quæ promiſſa continentia vel etiam non promiſſa honeſtè in ſuis conuerſantur hoſpitijs, pœnitentiam agere voluerint & virtutum Domino in humilitatis ſpiritu deſeruire, hoc eiſdem liceat. Guilielmus Ep. Cam. in Diplomate dato pro Mechlinien. an. 1287.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

buit. Ibidem etiam addit ſe docere poſſe; *Beghinæ nomen olim Auguſtum & nobilibus medium illud vitæ genus inter cœnobiticam & ſæcularem profeſſis proprium fuiſſe.* Et in Antuerpia c. 8. *Nomen Beghinarum Niuellis & Andenniæ etiam duobus ſeculis ante Lambertum le Begge* (de quo infra) *in vſu & ore fuiſſe.* Sine fundamento autem iſta dici infra ſect. 9. oſtendetur.

2 Moniales etiam olim fuiſſe vocatas Beghinas conſtat ex Cæſario (ſcripſit anno 1222) qui l. 2. c. 21. refert de quodam D. Waltero Religioſo, poſtea Abbate Villarienſi, qui cum intellexiſſet Monachum quendam gratiam lachrymarum percepiſſe à Religioſa quadam Ordinis Ciſtercienſis, rogauit Abbatem ſuum, vt liceret ei tales viſitare. Veniens autem ad domum cuiuſdam honeſtæ Matronæ Brabantiæ hoſpitandi gratia, quæ cum intellexiſſet deſiderium eius, dixit in ioco, *Quid quæritis videre iſtas Beghinas?* &c. Ita in Poſtulo Monaſterio Ord. Præmonſtratenſis etiamnum oſtenditur

3 locus qui nominatur Beghinagium, in quo non Beghinæ vt ſibi perſuadet & ex coniecturis tantum, probare conatur Auth. Palatij pa. 184. ſed Moniales iſtius Ordinis Deo conſecratę aliquando habitaſſe oſtendit D. Wichmans in deſcript. orig. dicti Monaſterij de quo latius infra ſect. 23. numer. 7. In antiquis Regiſtris Cameracenſibus leguntur Beghinæ de Hallis, vbi conſtat nunquam fuiſſe Beghinas, verum paruum ibidem ſolum eſt Monaſterium

Hoſpi-

Digitized by Google

Hoſpitale vocatū, in quo modo ſunt griſeæ ſorores tertiæ regulæ S. Franciſci. Ante illas ibidem fuerunt Religioſæ velatæ Ord. S. Auguſtini (quales in pleriſque magnis Xenodochijs pridem fuerunt) quæ in dictis Regiſtris vocantur Beghinæ. Verum hæc generaliora.

Agendo autem de ijs quæ primo nomen il- 4
lud habuerunt & ex quibus noſtræ proceſſerunt, Ægidius Leodienſis Religioſus Aureæ vallis 3. p. Volum. geſtorum Pontif. Leodienſium c. 52. ſcribit Beguines dictas fuiſſe mulieres & puellas quæ caſtè viuere proponebant.

Ioannes verò 22. X. l. 3. T. 9. eas ita deſcri- 5
bit: *In multis mundi partibus plurimæ ſunt mulieres, quæ ſimiliter* (ſicut Beguinæ in Alemania) *vulgò Beguinæ vocatæ, ſegregatæ quandoque in parentum, aut ſuis; interdum verò in alijs aut conductis ſibi communibus domibus inſimul habitantes, vitas deducunt honeſtas, Eccleſias de nocte frequentant, Diœceſanis locorum, & parœcialium Eccleſiarum rectoribus reuerenter obediunt*, &c. Tales etiam fuiſſe ſatis apparet illas de quibus Clemens V. De Relig. dom. tit. 11. poſtquam damnauit ſtatum Beguinarum, ſub-
dit: *Sanè per prædicta prohibere nequaquam intendi-* 9
mus, quin ſi fuerint fideles aliquæ mulieres quæ promiſſa continentia vel etiam non promiſſa honeſtè in ſuis conuerſantur hoſpitijs, pœnitentiam agere voluerint & virtutum Domino in humilitatis ſpiritu deſeruire, hoc eiſdem liceat. Guilielmus Ep. Cam. in Diplomate dato pro Mechlinien. an. 1287.

 de-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

deſcribit Beghinas eſſe mulieres, quæ proprio
7 motu ſine coactione regulæ, ſub honeſto habitu in congregatione Beghinagij viuunt & Deo caſtè & prouide ſeruiunt. Guido Cam. Ep. in Diplomate infra ſect. 5. ſignificat Beghinas vocatas fuiſſe mulieres, quæ per conſilium Capellani religioſum tenebant propoſitum.

In archiuis Cap. Antuerp. in litteris datis 1266. apparet Beghinas eo tempore fuiſſe dictas, quæ de conſilio alicuius patris ſpiritualis in caſtitate viuebant. Item in datis 1246. aſſignantur annuatim duo ſext. auenæ cuidam Elizabethæ perſoluenda à Curia Beghinarum & prouiſore eius, *quamdiu vixerit de conſilio fratrũ Prædicatorum*, & additur, *poſt mortem vero ipſius, vel ſi ipſa Elizabeth nupſerit, curia præfata & ipſius prouiſor in nullo tenebuntur*. Gab. Patreolus in E-
8 lencho hæreſum dicit. *Beguinæ ſunt mulierculæ quæ cum honeſtè & religioſè in ſua ſocietate & contubernio degant, nullum tamen expreſſum votum emittunt, nec huius ſeculi facultatibus renunciant; ſed cum illis gratum eſt, & huiuſmodi ratio viuendi diſplicet, liberam illinc recidendi facultatem habent.*

His conformia habet Fanius: Beghinarum
9 nomine *medium quoddam feminarum genus inter Laicas & eas quas Ægyptij Nonnas, Greci Monachas Latini Veſtales, Eccleſiaſtici Sãctimoniales, velatas, Deo ſacras dicataſque virgines vocare ſolent, ſignificatur. cælibatum colunt illæ, nullum ſolemne votum emittunt, nullum monaſticum ordinem profeſſæ; ſeculari habitu, qui honeſtatem & modeſtiam præferat incedunt.*

Tempo-

Digitized by Google

Temporalia poſſident bona, de quibus pro animi arbitrio diſponunt; Societatem quoties libuerit relinquere, & alteri locum cedere, pace & permiſſu eorum qui præſunt, facultatem habent. Alijs item id genus libertatis gaudere ſolent ſymbolis. Precum quotidianarum penſum, non Horæ Canonicæ, ſed certo in dies per ſpherulas precatorias Dominica oratio cum ſalutatione Angelica numero repetita. Cæterum Sanctimoniales vulgo etiamnum hodie Beghinæ vocabulo per Catachreſim intelligi vel pueris ipſis notum eſt. Hæc Fanius. Ex his 10
euidenter ſatis patet, olim ad ſtatum Beghinæ non fuiſſe neceſſarium habitum Religioſum, ſed ſolummodo modeſtum & non mundanũ, adeoque non tantum eas quæ in congregationibus ſeu Beghinagijs habitabant, & ſicut Leodij certa ſtatuta ab Epiſcopis data obſeruabãt; ſed omnes deuotarias fuiſſe vocatas communiter Beghinas, quæ quibuſdam locis paulatim ſibi fecerunt congregationes & ordinationes, ac elegerunt Magiſtras, etiam antequam deſignatis locis ſimul habitarent. Ita obſeruo apud Cantiprat. l.2. c. 54. Niuellis fuiſſe Magiſtram
2000. Beghinarum, cum tamen nullum ibidem 11
eſſet Beghinagium, vt ſect. ſequenti dicetur. In Beghinagio Leodienſi ſeruatur Bulla Alexandri 4. (ſedit anno 1254.) data *Dilectis in Chriſto filiabus vniuerſis Beghinis ciuitatis & ſuburbij Leodienſis.* Cum enim conſtet Beghinagium in ſuburbijs fuiſſe exſtructum, ſequitur alias deuotarias in ciuitate paſſim habitãtes, etiam vocatas fuiſſe Beghinas. Idem patet ex litteris Guiliel. Ep.

Cameracen. datis 1287. in quibus diſtinguit inter Beghinas Mechliniæ inter ſepta Beghinagij commorantes,& eas quæ infra Mechliniam extra conuentus vel Magiſtratus (Beghinagij videlicet) limites habitabant. Nomen verò
12 iſtud tandem cum paſſim Beghinagia erecta eſſent, propriè manſit apud illas,quæ in Beghinagijs ſub directione Superiorum certo habitui & ſtatutis aſtrictę,in propoſito caſtitatis & bonis operibus vocationem ſuam certam facere ſatagebant, præſertim poſtquam Ioannes Ep. Leodienſis decreuit, vt omnes Beghinæ priuilégio Beghinarum gaudere volentes, intrarent curiam Beghinarum, & aliæ habitum diſtinguerent ab habitu earum.

SECTIO IV.

Quo tempore Beghinagia paſſim in Belgio inchoata fuerunt?

1 PRæfatio Regulæ Beghinagiorum Diœceſis Mechlinienſis habet, anno *666.* in Belgio congregationem Beghinarum inſtitutam eſſe à S. Begga, illamque poſt mortem mariti ſui Palatium ſuum in ſpiritualem curiam mutaſſe. Palatium autem iſtud fuiſſe Caſtrum Capremontij aſſerit Author Declarationis Veridicæ § 43. & Pater Elias in Palatio pag. 179. ibidem vel Landæ fuiſſe indicat. Verum ſine fundamento & apparentia iſta dici ibidem-

que

que vnquam aliquod Beghinagium fuiſſe,non eſse veriſimile , infra in notis ad dictum § oſtendetur.

Gramayus autem in Bruxella ſua habet ſe- 2
quentia: *Viluordienſe Beginaſium celebre,quod ſi non primũ ſaltẽ è primis eſt totius Brabãtiæ ante annos amplius* 500. *fundatum; vnde Mechlinienſe & Bruxellenſe, aliaq; nunc maximè nota Beginaſia quaſi ſacra quædam coloniæ profluxerunt.*

Verum cum ſect. 6. n. 1. habeamus eum re- 3
ferentem , Beghinas veniſse in Brabantiam ex partibus Moſanis, eaſque primo reſediſse apud recens extructũ Monaſterium S. Bernardi,&c. ſatis apparet Gramayum ſui in his non ſatis memorem fuiſse. Deinde eum ſine fundamento iſta dicere de Viluordienſi colligo ex teſtimonio R. D. Paſtoris moderni Viluordienſis quod habet:non conſtare ipſis *determinate de die aut anno quo Beginagium Viluordienſe erectum fuerit ex monumentis aut Regiſtris,conſtare tamen ex litteris ſuperrelictis,computatum ſemper fuiſſe inter antiquiora Beginagia Brabantica.*

Exiſtimo itaque Viluordienſes Beghinas fuiſse ex ijs de quibus agit Gramayus in Mechlinia ſua, quæ cum non admitterentur ad ciuitates , tam circa Schaldim quam circa Viluordiam ſedes fixerunt;vel potius ex ijs de quibus in antiquo chron. M. S.Grimbergẽſi leguntur ſequẽtia. *Circa annum Domini* 1207.*mulieres in his*
partibus incipiebant mundũ relinquere & Deo ſeruire, 4
congregantes in magna multitudine ſenes & iuuenes,

ſimul habitãtes ad modum monaſteriorum & vocabantur Beghinæ, quæ in initijs ſuis multas habuerunt difficultates. His ſimilia ſect. ſeq. ex Petro Herentalio referuntur.

5 Verum Leodij primum omnium Beghinagiũ fundatum fuiſſe circa annum 1173. ſect. 9. oſtendetur. Poſt illud autem Niuellis Beghinas incepiſſe circa dictum annum 1207. ex Cantipratano citato ſect. 6. n. 3. colligit, poteſt
6 cum dicit ſuo tempore pluribus adhuc viuentibus notum fuiſſe, quod deuotio Beghinarum Niuellis eſſet inchoata. Eximi. enim D. Coluenerius in vita Catipratani ſcribit, videri ipſum opus illud compleuiſſe anno 1263. Viuentes ergo quibus iſta tunc nota eſſe poterant, habe-
7 bant ætatem, circiter 75. annorum. Verum quamuis ab eo tempore Niuellis fuerint Beginæ, non habebant tamen Beginagium, ſed ſucceſſu temporis fuerunt ibidem erecta pro in-
8 firmis & ſenibus aliquot Beghinis quatuor hoſpitalia, non procul ab Eccleſijs Parochialibus, iniuria belli pridem deſtructa, quæ Beghinagia vocabantur, Vnum in Parochia S. Syri, à Maria vxore Philippi 3. Regis Francorum, filia Henrici 3. & Aleidis Ducum Brabantiæ, anno 1283 vocatum Royauté (notet Author Palatij) reliqua in alijs Parochijs circa eadem tempora.

9 De Louanienſi Beginagio quamuis Lipſius & Gramayus inchoatum ſcribant anno 1205. (quo tempore ibidem primo Beghinas incæpiſſe dici poſſet) In muris tamen templi in fili-

cc

çe exaratum legitur, ab vna quidem parte in-
troitus *Anno Domini M. CC. XXXIIII. hæc Cu-
ria incepit*: ab altera vero parte, *Anno Domini
M. CCC. V. hæc Eccleſia incepit.*

Thenis inquit Gramayus Ampla opportuna, 10
opulenta, religioſa Beghinarum Curia, olim ex-
tra vrbem & commiſſa Abbæ Villarienſi. Quã
ante annos 400. extitiſſe tumuli Eccleſiæ do-
cent, & confirmant ſcripta.

Teneræmundæ Beghinas fuiſſe ab an. 1223, 11
eiſdemque conceſſam Capellam (quæ etiamnũ
vocatur Veteris Curiæ Beghinarum) dum Ci-
ſtercienſes Moniales ex Hoſpitali S. Ægidij
tranſlatæ ſunt in Swiueke anno 1226. refert
Dauid Lindanus.

Antuerpienſe circa annum 1230. inchoatum 12
apparet, eidemque G. Epiſ. Cam. 1247. *Omnia
bona ſpectantia ad quandam fraternitatem ſacerdotum
de Antuerpia vel de iuxta Antuerpiam aßignauit.*
R. P. Scribanius ſcribit ſe inuenire, templum
eis domoſque extra vrbem exſtrui cæptas in
Sion anno 1460. atq; incendio poſt hæc quid-
quid magnis impendijs ſteterat abſumptum
anno 1494. ac tandem funditus euerſum 1542
ac demum in vrbem traductas.

Beginis Bruxellenſibus anno 1251. à Capi- 13
tulo permiſſum habitare in Molenbeca, refe-
rente Gramayo, patet ex Diplomate Nicolai
Ep. Cam.

Duacenſe Beghinagium initium habuiſſe à 14
tribus puellis anno 1219. refert R. P. Buzeli-
nus

Digitized by Google

nus Soc. IESV in Annalibus Gallo-Flandricis, quibus Mules Werinus domum & locum dedit.

15 Inſulenſes idem Buzelinus refert à Chriſti Natalibus 1277. inſtitutas, ac Margaretam Flandriæ Comitem eis locum cenſuſque dediſſe.

16 Gerardimontenſes Beghinæ paſſim tradunt, vt Waesbergius annot. eandē Margaretā Flandriæ Comitiſſam collegij fundatricem eſſe, quę præ cæteris pia fuerit, & omnia ferè Flandriæ Beguinaſia cum Ioanna ſorore condiderit. Vnde & eamdem Orchienſibus anno 1270. fundum attribuiſſe, refert Buzelinus ſupra.

17 Lierenſe paulo ante annum 1258. inchoatum patet ex litteris Capituli eo anno datis & ab Epiſcopo anno 1264. confirmatis.

18 Gandauenſe titulo Deiparæ cœpit authore Gramayo extra portas oppidi auſpicijs Ioannę comitis anno 1234. & 1260. permiſit Epiſcopus Sacellum ſtruere. Alterum inquit, titulo S. Elizabethæ eamdem comitem agnoſcit fundatricem, prout etiam Brugenſe.

19 Cortracenſe refert idem, ante annum 1241. cum dono Comitis, eiuſdem Ioannę videlicet, domum & ſolidos aliquot obtinuit, inchoatū, quod à Canonicis & Senatu an. 1250. ſtatuta quædam accepit.

20 Arſchotanum Henrico & Aleidi Ducibus Brabantiæ, initium ſuum fert acceptum anno 1259. Refert Gramayus ex Codice Curiæ, & Haræus

Digitized by Google

Haræus in Annalibus Ducum Brabantiæ.

Leewis idem Gramay. ſcribit eſſe amplam 21
curiam Beghinarum olim (anno 1327) extra
vrbem fundatam , nunc per turbas in vrbem
tranſlatam.

Dieſtij, inquit idem, eſt Beghinarum curia e- 22
legans olim ſub Parochia Webecana ſtructa &
dotata , anno 1252. ab Arnoldo Domino de
Dyſt, prout ſect. ſequenti dicetur.

Bredanum Beghinagiū quandam D.. Mech- 23
telden primo fundaſſe , & Henricum D. terræ
de Breda locū & libertates conceſſiſse an. 1266
ex munimentis quæ ibidem ſuperſunt , con-
ſtat.

Syluæ-ducis refert Gramayus Beghinas iam
inde à quatuor ſeculis priuatim conuenticula 24
nactas. Modo, inquit Curiam habent oppido
ſimilem templo anno 1304. dedicato (etſi lit-
teræ ſeparationis ab Eccleſia de Ortduno ſint
de anno 1274) & denique aucto valetudinario
ab hinc ferè ſeſqui ſæculum ſplendidè dotato.

Herentaliæ ab Arnoldo Curato Eccleſiæ de
Herentals circa annum 1266. Beghinagium 25
conſtructum eſse ſect. ſequenti probatur.
Anno 1578. ab hæreticis incendio vaſtato
Beghinagio olim extra muros exſtructo, redu-
cto opido ad obedientiam Regis Catholici, in
eodem, loco opportuno & tutiore anno 1597.
inchoatum , magna paulatim accipit incre-
menta.

Turnhoutanum à Maria de Brabantia Du- 26
ciſsa

habitarent per ciuitatem, vt ea de cauſſa neceſſe fuerit ibidem multiplicare Parochias:

3 Ioannes enim Epiſcopus Leodienſis, vt conſtat ex Diplomate in Arch. Niuel. dato anno 1231. *ad vitandum*, inquit, *pericula animarum propter nimiam paucorum occupationem Sacerdotum*, ibidem erexit *vndecim Eccleſias baptiſmales*, non preciſe, vt opinor, propter Beghinas, quarum inſtitutum baptizandos producere non permittit; ſed tamen occaſione earum, quia videlicet ipſę magis frequentabant Eccleſias & Sacramenta. Eodem modo Niuellenſium exemplo pluribus alijs locis Beghinas aliquamdiu abſque Beghinagijs fuiſse & congregationes habuiſse ſicut de Mechlinia ſect. 6. n. 1. patet, certum eſt. Congregationes porro iſtæ vt opportunius poſsent habitare, pleriſque locis delegerunt, & paulatim acquiſiuerunt, loca extra Mænia prope ciuitates, prout ſuperioribus annis Antuerpiæ, Mechliniæ, Herentaliæ & alibi, antiquis Beghinagijs iniuria bellorum deſtructis, in ciuitatibus factum videmus.

4 Et primò obtinuerunt ab Epiſcopis, vt pro infirmis, quæ non poterant adire Eccleſias parochiales, poſsent in infirmarijs habere Capellas, & in ijs Sacellanos, qui Miſsas celebrarent & Sacramenta, adminiſtrarent. Ita lego in archiuis Cap. Antuerpienſis, quod poſtquam Guilielmus Ep. Cam. diuiſionem curæ animarum Beghinarum curtis Sion iuxta Antuerpiã à cura maiori Antuerpiæ à ſe factam an. 1287. reuoca-

reuocauerat, Petrum, qui eidem tertius ſucceſſit, tandem anno 1313. Beghinis iiſdem *de gratia ſpeciali, vſque ad reuocationem conceßiſſe, vt in Capella infirmariæ Beginagij dicti loci poſſent Miſſas & alia diuina officia facere celebrari per ſacerdotes quorum Eccleſiæ debitis propter hoc officijs non fruſtrentur, ſaluo iure parochiali.*

Henricus Leodienſis Ep. Diplomate dato 1270. *Nouellæ congregationi Beginarum in vna curti apud Breda commorantium*, concedit vt in loco ſuo poſſint *proprium habere oratorium & cymiterium, abſque iuris parochialis præiudicio.* Capitulum autem Beghinis conceſſit, vt proprium poſſent habere Capellanum, litteris datis 1343. quas Reynaldus Card. Archidiac. Campiniæ anno 1352. confirmauit. 5

Guido Cameracenſis Epiſc. in Diplomate dato anno 1239. quo concedit, vt Valencenis (Vbi Beginas inchoatas per duas ſorores ſect. 4. n. 27. dictum eſt) in vico de ſalice poſſit conſtrui hoſpitale pro Beghinis, etiam concedit, quod *Capellanus qui in dicto Hoſpitali deſeruiet, omnibus tam manentibus in ipſo Hoſpitali quàm alijs Religioſis mulieribus, quæ Beghinæ dicuntur, in vico eodem & vicinia commorantibus, quæ per conſilium Capellani ipſius Hoſpitalis religioſum tenebunt propoſitum Eccleſiaſtica Sacramenta poterit miniſtrare, vbi quoque celebrabitur ſolemniter diuinum officium,* &c. .... *His autem omnibus ſaluis, presbiter S. Nicolai in omnibus perſonis prædictis curam parochialem habebit*, &c. 6

deſcribit Beghinas eſſe mulieres, quæ proprio
7 motu ſine coactione regulæ, ſub honeſto habitu in congregatione Beghinagij viuunt & Deo caſtè & prouide ſeruiunt. Guido Cam. Ep. in Diplomate infra ſect. 5. ſignificat Beghinas vocatas fuiſſe mulieres, quæ per conſilium Capellani religioſum tenebant propoſitum.

In archiuis Cap. Antuerp. in litteris datis 1266. apparet Beghinas eo tempore fuiſſe dictas, quæ de conſilio alicuius patris ſpiritualis in caſtitate viuebant. Item in datis 1246. aſſignantur annuatim duo ſext. auenæ cuidam Elizabethæ perſoluenda à Curia Beghinarum & prouiſore eius, *quamdiu vixerit de conſilio fratrũ Prædicatorum*, & additur, *poſt mortem vero ipſius, vel ſi ipſa Elizabeth nupſerit, curia præfata & ipſius prouiſor in nullo tenebuntur*. Gab. Patreolus in E-
8 lencho hæreſum dicit. *Beguinæ ſunt mulierculæ quæ cum honeſtè & religiosè in ſua ſocietate & contubernio degant, nullum tamen expreſſum votum emittunt, nec huius ſeculi facultatibus renunciant; ſed cum illis gratum eſt, & huiuſmodi ratio viuendi diſplicet. liberam illinc recidendi facultatem habent.*

His conformia habet Fanius: Beghinarum
9 nomine *medium quoddam feminarum genus inter Laicas & eas quas Ægyptij* Nonnas, *Greci Monachas Latini Veſtales, Eccleſiaſtici Sãctimoniales, velatas, Deo ſacras dicataſque virgines vocare ſolent, ſignificatur. cælibatum colunt illæ, nullum ſolemne votum emittunt, nullum monaſticum ordinem profeſſæ; ſeculari habitu, qui honeſtatem & modeſtiam præferat incedunt.*

Tempo-

Digitized by Google

*Temporalia poßident bona, de quibus pro animi arbi-
trio diſponunt; Societatem quoties libuerit relinquere,
& alteri locum cedere, pace & permiſſu eorum qui præ-
ſunt, facultatem habent. Alijs item id genus libertatis
gaudere ſolent ſymbolis. Præcum quotidianarum pen-
ſum, non Horæ Canonicæ, ſed certo in dies per ſpherulas
precatorias Dominica oratio cum ſalutatione Angelica
numero repetita. Cæterum Sanctimoniales vulgo
etiamnum hodie Beghinæ vocabulo per Catachreſim in-
telligi vel pueris ipſis notum eſt.* Hæc Fanius. Ex his 10
euidenter ſatis patet, olim ad ſtatum Beghinæ
non fuiſſe neceſſarium habitum Religioſum
ſed ſolummodo modeſtum & non mundanũ,
adeoque non tantum eas quæ in congregatio-
nibus ſeu Beghinagijs habitabant, & ſicut Leo-
dij certa ſtatuta ab Epiſcopis data obſeruabãt;
ſed omnes deuotarias fuiſſe vocatas communi-
ter Beghinas, quæ quibuſdam locis paulatim
ſibi fecerunt congregationes & ordinationes,
ac elegerunt Magiſtras, etiam antequam deſi-
gnatis locis ſimul habitarent. Ita obſeruo apud
Cantiprat. l.2. c.54. Niuellis fuiſſe Magiſtram
2000. Beghinarum, cum tamen nullum ibidem 11
eſſet Beghinagium, vt ſect. ſequenti dicetur. In
Beghinagio Leodienſi ſeruatur Bulla Alexan-
dri 4. (ſedit anno 1254.) data *Dilectis in Chriſto
filiabus vniuerſis Beghinis ciuitatis & ſuburbij Leodien-
ſis.* Cum enim conſtet Beghinagium in ſubur-
bijs fuiſſe exſtructum, ſequitur alias deuotarias
in ciuitate paſſim habitãtes, etiam vocatas fuiſ-
ſe Beghinas. Idem patet ex litteris Guiliel. Ep.

 Ca-

Cameracen. datis 1287. in quibus diſtinguit inter Beghinas Mechliniæ inter ſepta Beghinagij commorantes,& eas quæ infra Mechliniam extra conuentus vel Magiſtratus (Beghinagij videlicet) limites habitabant. Nomen verò
12 iſtud tandem cum paſſim Beghinagia erecta eſſent, propriè manſit apud illas, quæ in Beghinagijs ſub directione Superiorum certo habitui & ſtatutis aſtrictę, in propoſito caſtitatis & bonis operibus vocationem ſuam certam facere ſatagebant, præſertim poſtquam Ioannes Ep. Leodienſis decreuit, vt omnes Beghinæ priuilegio Beghinarum gaudere volentes, intrarent curiam Beghinarum, & aliæ habitum diſtinguerent ab habitu earum.

SECTIO IV.

Quo tempore Beghinagia paſſim in Belgio inchoata fuerunt?

1. PRæfatio Regulæ Beghinagiorum Diœceſis Mechlinienſis habet, anno 666. in Belgio congregationem Beghinarum inſtitutam eſſe à S. Begga, illamque poſt mortem mariti ſui Palatium ſuum in ſpiritualem curiam mutaſſe. Palatium autem iſtud fuiſſe Caſtrum Capremontij aſſerit Author Declarationis Veridicæ § 43. & Pater Elias in Palatio pag. 179. ibidem vel Landæ fuiſſe indicat. Verum ſine fundamento & apparentia iſta dici ibidemque

que vnquam aliquod Beghinagium fuiſſe,non
eſse veriſimile , infra in notis ad dictum § o-
ſtendetur.

Gramayus autem in Bruxella ſua habet ſe- 2
quentia: *Viluordienſe Beginaſium celebre,quod ſi non*
primũ ſaltẽ è primis eſt totius Brabãtiæ ante annos am-
plius 500. *fundatum; vnde Mechlinienſe & Bruxellen-*
ſe, aliaq; nunc maximè nota Beginaſia quaſi ſacra qua-
dam coloniæ profluxerunt.

Verum cum ſect. 6. n. 1. habeamus eum re- 3
ferentem , Beghinas veniſse in Brabantiam ex
partibus Moſanis, eaſque primo reſediſse apud
recens extructũ Monaſterium S. Bernardi,&c.
ſatis apparet Gramayum ſui in his non ſatis
memorem fuiſse. Deinde eum ſine fundamen-
to iſta dicere de Viluordienſi colligo ex teſti-
monio R. D. Paſtoris moderni Viluordienſis
quod habet:non conſtare ipſis *determinate de die*
aut anno quo Beginagium Viluordienſe erectum fuerit
ex monumentis aut Regiſtris,conſtare tamen ex litteris
ſuperrelictis,computatum ſemper fuiſſe inter antiquio-
ra Beginagia Brabantica.

Exiſtimo itaque Viluordienſes Beghinas
fuiſse ex ijs de quibus agit Gramayus in Mech-
linia ſua, quæ cum non admitterentur ad ciui-
tates , tam circa Schaldim quam circa Viluor-
diam ſedes fixerunt;vel potius ex ijs de quibus
in antiquo chron. M. S.Grimbergẽſi leguntur
ſequẽtia. *Circa annum Domini* 1207.*mulieres in his*
partibus incipiebant mundũ relinquere & Deo ſeruire, 4
congregantes in magna multitudine ſenes & iuuenes,

ſimul habitātes ad modum monaſteriorum & vocabantur Beghinæ, quæ in initijs ſuis multas habuerunt difficultates. His ſimilia ſect. ſeq. ex Petro Herentalio referuntur.

5 Verum Leodij primum omnium Beghinagiū fundatum fuiſſe circa annum 1173. ſect. 9. oſtendetur. Poſt illud autem Niuellis Beghinas incepiſſe circa dictum annum 1207. ex Cantipratano citato ſect. 6. n. 3. colligit, poteſt
6 cum dicit ſuo tempore pluribus adhuc viuentibus notum fuiſſe, quod deuotio Beghinarum Niuellis eſſet inchoata. Eximi. enim D. Coluenerius in vita Catipratani ſcribit, videri ipſum opus illud compleuiſſe anno 1263. Viuentes ergo quibus iſta tunc nota eſſe poterant, habe-
7 bant ætatem, circiter 75. annorum. Verum quamuis ab eo tempore Niuellis fuerint Beginæ, non habebant tamen Beginagium, ſed ſuc-
8 ceſſu temporis fuerunt ibidem erecta pro infirmis & ſenibus aliquot Beghinis quatuor hoſpitalia, non procul ab Eccleſijs Parochialibus, iniuria belli pridem deſtructa, quæ Beghinagia vocabantur, Vnum in Parochia S. Syri, à Maria vxore Philippi 3. Regis Francorum, filia Henrici 3. & Aleidis Ducum Brabantiæ, anno 1283 vocatum Royauté (notet Author Palatij) reliqua in alijs Parochijs circa eadem tempora.

9 De Louanienſi Beginagio quamuis Lipſius & Gramayus inchoatum ſcribant anno 1205. (quo tempore ibidem primo Beghinas incæpiſſe dici poſſet) In muris tamen templi in ſili-

ce

ce exaratum legitur, ab vna quidem parte in-
troitus *Anno Domini* M. CC. XXXIIII. *hac Cu-
ria incepit*: ab altera vero parte, *Anno Domini*
M. CCC. V. hac Eccleſia incepit.

Thenis inquit Gramayus Ampla opportuna, 10
opulenta, religioſa Beghinarum Curia, olim ex-
tra vrbem & commiſſa Abbæ Villarienſi. Quã
ante annos 400. extitiſſe tumuli Eccleſiæ do-
cent, & confirmant ſcripta.

Teneræmundæ Beghinas fuiſſe ab an. 1223, 11
eiſdemque conceſſam Capellam (quæ etiamnũ
vocatur Veteris Curiæ Beghinarum) dum Ci-
ſtercienſes Moniales ex Hoſpitali S. Ægidij
tranſlatæ ſunt in Swiueke anno 1226. refert
Dauid Lindanus.

Antuerpienſe circa annum 1230. inchoatum 12
apparet, eidemque G. Epiſ. Cam. 1247. *Omnia
bona ſpectantia ad quandam fraternitatem ſacerdotum
de Antuerpia vel de iuxta Antuerpiam aſſignauit.*
R. P. Scribanius ſcribit ſe inuenire, templum
eis domoſque extra vrbem exſtrui cæptas in
Sion anno 1460. atq; incendio poſt hæc quid-
quid magnis impendijs ſteterat abſumptum
anno 1494. ac tandem funditus euerſum 1542
ac demum in vrbem traductas.

Beginis Bruxellenſibus anno 1251. à Capi- 13
tulo permiſſum habitare in Molenbeca, refe-
rente Gramayo, patet ex Diplomate Nicolai
Ep. Cam.

Duacenſe Beghinagium initium habuiſſe à 14
tribus puellis anno 1219. refert R. P. Buzeli-

nus

nus Soc. Iesv in Annalibus Gallo-Flandricis, quibus Mules Werinus domum & locum dedit.

15 Inſulenſes idem Buzelinus refert à Chriſti Natalibus 1277. inſtitutas, ac Margaretam Flandriæ Comitem eis locum cenſuſque dediſſe.

16 Gerardimontenſes Beghinæ paſſim tradunt, vt Waesbergius annot. eandẽ Margaretã Flandriæ Comitiſſam collegij fundatricem eſſe, quę præ cæteris pia fuerit, & omnia ferè Flandriæ Beguinaſia cum Ioanna ſorore condiderit. Vnde & eamdem Orchienſibus anno 1270. fundum attribuiſſe, refert Buzelinus ſupra.

17 Lierenſe paulo ante annum 1258. inchoatum patet ex litteris Capituli eo anno datis & ab Epiſcopo anno 1264. confirmatis.

18 Gandauenſe titulo Deiparæ cœpit authore Gramayo extra portas oppidi auſpicijs Ioannę comitis anno 1234. & 1260. permiſit Epiſcopus Sacellum ſtruere. Alterum inquit, titulo S. Elizabethæ eamdem comitem agnoſcit fundatricem, prout etiam Brugenſe.

19 Cortracenſe refert idem, ante annum 1241. cum dono Comitis, eiuſdem Ioannę videlicet, domum & ſolidos aliquot obtinuit, inchoatũ, quod à Canonicis & Senatu an. 1250. ſtatuta quædam accepit.

20 Arſchotanum Henrico & Aleidi Ducibus Brabantiæ, initium ſuum fert acceptum anno 1259. Refert Gramayus ex Codice Curiæ, & Haræus

Digitized by Google

Haræus in Annalibus Ducum Brabantiæ.

Leewis idem Gramay. ſcribit eſſe amplam curiam Beghinarum olim (anno 1327) extra vrbem fundatam, nunc per turbas in vrbem tranſlatam. 21

Dieſtij, inquit idem, eſt Beghinarum curia elegans olim ſub Parochia Webecana ſtructa & dotata, anno 1252. ab Arnoldo Domino de Dyſt, prout ſect. ſequenti dicetur. 22

Bredanum Beghinagiũ quandam D.. Mechtelden primo fundaſſe, & Henricum D. terræ de Breda locũ & libertates conceſſiſse an. 1266 ex munimentis quæ ibidem ſuperſunt, conſtat. 23

Syluæ-ducis refert Gramayus Beghinas iam inde à quatuor ſeculis priuatim conuenticula nactas. Modo, inquit Curiam habent oppido ſimilem templo anno 1304. dedicato (etſi litteræ ſeparationis ab Eccleſia de Ortduno ſint de anno 1274) & denique aucto valetudinario ab hinc ferè ſeſqui ſæculum ſplendidè dotato. 24

Herentaliæ ab Arnoldo Curato Eccleſiæ de Herentals circa annum 1266. Beghinagium conſtructum eſse ſect. ſequenti probatur. Anno 1578. ab hæreticis incendio vaſtato Beghinagio olim extra muros exſtructo, reducto opido ad obedientiam Regis Catholici, in eodem, loco opportuno & tutiore anno 1597. inchoatum, magna paulatim accipit incrementa. 25

Turnhoutanum à Maria de Brabantia Ducissa 26

ciſsa Gelriæ circa annum 1370. fundatum ſect. ſequenti dicitur. Anno 1372. libertatibus & exemptionibus à talijs, *&c.* donatum fuit, & Curione dotatum anno 1399.

27 Hoochſtratæ Franciſci Oſternantij (vixit 1433) imperio Beginaſium quod iam inde ex priuatarum aliquot conuenticulis coaluerat, formari cepiſſe, ſcribit Gramayus.

28 Valencenenſis Beginagij initia indicat Maſſæus in chronico ſuo ad an. 1212. *Duæ Beghinæ Ioanna & Agnes illuſtris viri filiæ D. Hellini de Alueto fundauerunt ſibi oratorium B. V. Mariæ ad fontem iuxta Valencenas, quarum deuotio multas attraxit, vnde compulſæ ſunt ampliorem quærere locum.* Et vt patet ex Diplomate Guidonis ſect. ſequenti n. 6. in vico de ſalice congregationes fecerunt & multiplicatæ ſunt.

29 Cameraci notauit Gramayus ex archiuis, Beginas fundatas prope muros opidi per Elizabethã de Elocquieres anno 1240. loco peropportuno & amœno. Vbi vaſtato prius per bella anno 1562. denique funditus euerſo anno 1587. alium locum in vrbe coëmiſſe.

30 Montibus Hannoniæ, vt ſcribit Nicolaus de Guiſe Beguinagium anno 1345. ſeptis oppidi non continebatur, titulo tamen Curiæ Beguinagij clarebat, vtpote à ſenioribus aliquot inhabitata feminis ſine voto viuentibus. quarum Eccleſia Quemmenſi ſuberat, ſed populo præſertim illis locis creſcente, erecta eſt illorum Eccleſiæ in Parochialem anno 1345. & ſepara-

parata à Quemmenſi.

Huy Beghinagium octo Beghinarum anno 1359. fundatum annotauit P. Elias in Palatio Begginarum pag. 79. quamuis 100. annis ante, ibidem Beghinas exiſtimet.

Si cui libuerit etiam reliqua quæ ſuperſunt in Belgio Beginagia perluſtrare, non exiſtimo quod vel apparentiam inueniet alicuius Beginagij fundati ante Leodienſe, de quo n. 5. Author Dec. Verid. & Palatij aſſerunt ſe aliqua reperiſſe, infra examinabitur an vera dicant. Hic inquiro.

SECTIO V.

Quomodo Beginagia inchoata fuerunt?

PEtrus Herentalius, vt refertur in Magno 1
chronico Belgico, ſcribit an. Domini 1207.
Multæ mulieres tam ſenes, quam iuuenes contempto ſæculo cum ſuis delectationibus, ſponſo qui in cœlis eſt ſeruire deſiderantes, fecerunt ſibi congregationes ſimul commorantes, & vocabantur Beghinæ. Ferè ſimilia habentur ſect. 4. n. 4. ex Chron. Grimbergẽſi.

Habitabant autem mulieres iſtæ & puellæ 2
ſparſim per ciuitates, & habebant Directores & Directrices, quę zelo pietatis eum viuendi modum promouebant. Ita legitur apud Thomam à Cantiprato lib. 2. c. 30. § 30. de Guidine Paſtore Beghinarum & c. 54. § 10. De Magiſtra 2000. Beghinarum; cum tamen nullum adhuc eſſet ibidem Beghinagium, ſed Beghinæ paſſim ha-

Digitized by Google

habitarent per ciuitatem, vt ea de cauſſa neceſſe fuerit ibidem multiplicare Parochias:

3 Ioannes enim Epiſcopus Leodienſis, vt conſtat ex Diplomate in Arch. Niuel. dato anno 1231. *ad vitandum*, inquit, *pericula animarum propter nimiam paucorum occupationem Sacerdotum*, ibidem erexit *vndecim Eccleſias baptiſmales*, non preciſe, vt opinor, propter Beghinas, quarum inſtitutum baptizandos producere non permittit; ſed tamen occaſione earum, quia videlicet ipſę magis frequentabant Eccleſias & Sacramenta. Eodem modo Niuellenſium exemplo pluribus alijs locis Beghinas aliquamdiu abſque Beghinagijs fuiſse & congregationes habuiſse ſicut de Mechlinia ſect. 6. n. 1. patet, certum eſt. Congregationes porro iſtæ vt opportunius poſsent habitare, pleriſque locis delegerunt, & paulatim acquiſiuerunt, loca extra Mænia prope ciuitates, prout ſuperioribus annis Antuerpiæ, Mechliniæ, Herentaliæ & alibi, antiquis Beghinagijs iniuria bellorum deſtructis, in ciuitatibus factum videmus.

4 Et primò obtinuerunt ab Epiſcopis, vt pro infirmis, quæ non poterant adire Eccleſias parochiales, poſsent in infirmarijs habere Capellas, & in ijs Sacellanos, qui Miſsas celebrarent & Sacramenta, adminiſtrarent. Ita lego in archiuis Cap. Antuerpienſis, quod poſtquam Guilielmus Ep. Cam. diuiſionem curæ animarum Beghinarum curtis Sion iuxta Antuerpiā à cura maiori Antuerpiæ à ſe factam an. 1287. reuoca-

reuocauerat, Petrum, qui eidem tertius ſucceſſit, tandem anno 1313. Beghinis ijſdem *de gratia ſpeciali, vſque ad reuocationem conceßiſſe, vt in Capella infirmariæ Beginagij dicti loci poſſent Miſſas & alia diuina officia facere celebrari per ſacerdotes quorum Eccleſiæ debitis propter hoc officijs non fruſtrentur, ſaluo iure parochiali.*

5 Henricus Leodienſis Ep. Diplomate dato 1270. *Nouellæ congregationi Beginarum in vna curti apud Breda commorantium*, concedit vt in loco ſuo poſſint *proprium habere oratorium & cymiterium, abſque iuris parochialis præiudicio.* Capitulum autem Beghinis conceſſit, vt proprium poſſent habere Capellanum, litteris datis 1343. quas Reynaldus Card. Archidiac. Campiniæ anno 1352. confirmauit.

6 Guido Cameracenſis Epiſc. in Diplomate dato anno 1239. quo concedit, vt Valencenis (Vbi Beginas inchoatas per duas ſorores ſect. 4. n. 27. dictum eſt) in vico de ſalice poſſit conſtrui hoſpitale pro Beghinis, etiam concedit, quod *Capellanus qui in dicto Hoſpitali deſeruiet, omnibus tam manentibus in ipſo Hoſpitali quàm alijs Religioſis mulieribus, quæ Beghinæ dicuntur, in vico eodem & vicinia commorantibus, quæ per conſilium Capellani ipſius Hoſpitalis religioſum tenebunt propoſitum Eccleſiaſtica Sacramenta poterit miniſtrare, vbi quoque celebrabitur ſolemniter diuinum officium, &c.... His autem omnibus ſaluis, presbiter S. Nicolai in omnibus perſonis prædictis curam parochialem habebit, &c.*

7 Succeſſu verò temporis, impetrarunt Beghinæ paſſim ab Epiſcopis ſeparationes ab Eccleſijs parochialibus, & proprios paſtores, & priuilegia; aſſumpſerunt certum habitum, emiſerunt vota obedientiæ & caſtitatis, pro tempore quo eſſent futuræ Beghinæ, &c. vt ſupra dictum eſt. Ita prout habeo ex Archiuis R.^{mi} D. Ep. Antuerp. Arnoldus D. de Dyſt in litteris datis 1254 pro *Beghinis S. Catharinæ ad campum infra limites parochiæ de* W*ebekum*, in allodio ſuo commorantibus, habet: *Nos conſiderantes quòd Beghinæ de campo in Dyſt plures ex eo quòd in diuerſis degunt parochijs incommoditates & pericula animarum patiuntur, & hactenus ſunt perpeſſæ, ad ſalutem animæ noſtræ, de bonorum conſilio dictis Beghinis*, accedente confirmatione & conſenſu Henrici Ep. Leod. *liberam concedimus facultatem, infra ſæpe dictum allodium noſtrum Eccleſiam conſtruendi ...... ſacerdotem proprium habendi ...... qui eis ibidem omnia adminiſtret Eccleſiæ Sacramenta .... vt dictæ Beghinæ commodiùs Domino famulentur*, &c.

8 Herentaliæ Arnoldus Curatus Eccleſiæ de Herentals in litteris datis 1266. Conſiderans quod Curtis Beghinarum, quam conſtruxerat, in perſonis & religione creuiſſet, & periculoſum indicans quod earum multitudo quotidie tranſeundo per oppidum parochiam frequentaret, ab Ep. Cam. obtinuit ſeparationem dictæ curtis à parochia,

9 Turnhouti Beghinæ ex antiqua traditione certum habēt, Mariam de Brabantia Ducisſam

Gelriæ

Gelriæ,dum quodam die in crepuſculo matutino ſecum deliberaret de fundando loco pro religioſis ; per feneſtram vidiſſe in horto ſuo deſcendentes de cœlo Beghinarum ſimilitudinem habentes , & per hortum ambulantes, & collætantes ſub quadam cruce,quæ ibidem apparebat. Die vero illuceſcēte adiuiſſe hortum, & inueniſſe dictam crucem, & circa eam cordulam byſſinam extenſam,& reductam ad formam chori:eaque occaſione Mariam Beghinagium ad honorem S. Crucis in horto ſuo fundaſſe,& in loco per chordulam deſignato,oratorium exſtruxiſſe, in cuius altari crux & cordula prædictæ fuerunt clauſæ, donec per iconoclaſtas altari violato,perierunt.Contigerunt hæc circa annum 1370. Anno 1431. Eugen.4. conceſſit Rectricibus poteſtatem eligendi Curatum , cui etiam Capitulum aſſenſum præbuit.

Gramayus refert Buſcoducenſes à quatuor 10
ſeculis priuatim conuenticula in ea vrbe nactas, anno 1274. ab Eccleſia de Ortduno fuiſſe ſeparatas. Ex præcedenti ſectione quædam huc ſpectantia colligi poſſunt, ex quibus ſatis patet,à paruis initijs paulatim Beghinarum auctum fuiſſe numerum, & factas eſſe congregationes , obtinuiſſe loca, Sacellanos,Paſtores, & quaſi parochias diſtinctas; ab Ordinarijs itē accepiſſe , vel ipſas ſibi feciſſe Regulas, adeoque formam inſtituti aliquā aſſumpſiſſe , *&c.* Inquirendum nunc:

SECTIO VI.

Vnde Beghinæ ad has partes venerint?

1 GRamayus in Mechlinia. *Virgines quædam,* inquit, *Beghinarum nomine cælibem vitam ſed liberam agentes, venerunt in Brabantiam ex Germania, vt opinantur quidam, ex regionibus Moſanis, vt ego probabili nixus coniectura. Hæ cum primo in vrbes non reciperentur, circa Schaldim reſederunt, ibique recens exſtructo S. Bernardi Monaſterio ſe ſubiecerunt.... Hæ Mechliniam delatæ in vico cui adhuc nomen hæret, diutius reſederunt, donec tandem creſcente in immenſum earum numero, pars quaſi in Coloniam miſſa an. 1249. extra muros opidi curiam & officinas & habitacula ſibi extruxit tanto ſucceſſu, vt habitatio earum inſtar opidi videretur, numerus eſſet aliquot millium... Pars autem Virginum earum quæ in vrbe remanſerat, etiam alibi Monaſterio & Beginagio titulo B. Magdalenæ initium dederunt.*

2 Cum verô Monaſterium S. Bernardi, vt ipſe Gramayus etiam annotauit, & conſtat ex Archiuis Monaſterij, in parochia de Vremde fundatum fuerit ab Ægidio Berthout anno 1235. & anno 1245. tranſlatum ſit in Hemiſſem ad Schalim, vbi hodie viſitur, & ſect. 4. probetur ante illa tempora quædam in Belgio Beghinagia erecta fuiſſe, ſequitur Gramayum hoc non ſatis examinaſſe. Quare audiendus.

Thomas à Cantiprato qui lib. 2. cap. 51.
3 ſcribit de oppido Niuellenſi. *In hac vrbe vt plu-*

ribus

ribus adhuc viuentibus notum eſt, mulierum deuotarũ, quæ Beghinæ dicuntur, nunc latè diffuſa per orbem, religioſitas inchoauit.

Ex quibus ſatis patet ex Niuella Beghinas 4
paſſim diffuſas, & Niuellenſium exemplum ſecutas fuiſſe plurimas, non tantum in Belgio verum etiam in alijs partibus. Idem enim Thomas cap. 29. ſcribit, S. Ludouicum, qui floruit circa illa tempora, Pariſijs collegiſſe Beghinarum maximam multitudinem, & cap. 38. Philippum Monmiral *Beghinarum vſque ad quinque millia & eo amplius in diuerſis locis in Chriſti ſeruitio mancipaſſe.*

Verum obijciet aliquis Ægidum Aureæ Valis, infra ſect. 9. n. 1. citatum, qui ſcribit, Virum quendam Religioſum Lambertum le Begues circa annum 1173. Leodij primum exſtitiſſe qui Beghinis præmium caſtitatis verbo & exemplo prædicauit, & alios Authores ibidem, quorum vnus n. 3. dicit, Leodienſe Beghinagium *eſſe primarium à Lamberto poſitum aluearium, vnde & frequentes euolarunt & induſtriæ apes.* Reſp. Paucis annis poſt obitum Lamberti, Leodij grauia & varia bella & turbas mota fuiſſe, & ea de cauſa inſtitutum Beginarum, ibidem à Lamberto feliciter inchoatum, per alia loca initio dilatari non potuiſſe; inter arma enim, ſicut ſilent leges, ita & pietas languet, & tantum abeſt vt propagetur, quin potius mirum videri debeat, ſi non auferatur, vel ſaltem minuatur. Hac occaſione hîc breuiter ponam.

Tu-

Tumultus qui Leodij fuerunt ab anno 1191. vſque 1214.

6 Poſt obitum Radulphi, de quo ſupra ſect. 2. n. 6. anno 1191. Leodij contendebatur pro tribus de Epiſcopatu. S. Alberto fratri Henrici Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ ritè electo, oppoſuit ſe Balduinus Comes Hanonienſis (qui etiam Comitatum Namurcenſem occupauerat) volens promotum Albertum Reyteſtani. Defertur controuerſia ad Imperatorem Henricum, qui vtrique Alberto, bonis verbis tantum, bonam ſpem dedit. Venit Leodium. Et ſuſtinens eſſe iuris ſui & honoris imperij, in omnibus Eccleſijs, quæ ad donum eius ſpectant, partibus in electione diſſidentibus, electionis ius exſpirare, & ad ſe deuolui ius inueſtiendi quẽ dignum cenſuerit; Lotharium Prępoſitum Bonnenſem deſignauit Epiſcopum. Huic facto ſe oppoſuit totus Clerus, & eorum Electus Albertus Louanienſis electionem ſuam Canonicam eſſe affirmat, & appellat ad Sedem Apoſtolicam. Incenſus his violentus Imperator portas claudi iubet, ne Leodienſium quiſquam egredi poſſet, & terroribus atque minis Canonicos impellere conatur, vt conſentiant facto ſuo, ſed fruſtra.

7 Lotharius ab Imperatore intruſus occupauit Epiſcopium & opida & caſtella præcipua, partibus ſuis fauente Balduino Comite Hano-

nienſi. S. Albertus Romam proficiſcitur, Pontifex confirmat eius electionẽ & creat S. R. E. Cardinalem. Imperator iracundia magna plenus iterum Leodium venit, vt deſtruat omnes qui Epiſcopo Alberto adhærebant, & tandem mandato ſuo S. Albertum Eccleſiaſticæ libertatis martyrem fecit. Ob hòc factum ſequitur coniuratio contra Imperatorem. Henrico fratri Alberti iunguntur Dux Ardennæ & multi Principes & Comites: qui primô terram Comitis de Horſtade vaſtauerunt, caſtella occuparunt, &c.

Alberto occiſo, & Lothario per Curiam Romanam condemnato, pro vacante Epiſcopatu 8
Leodienſi 1193. noua diſcordia inter Ducem Brabantiæ Henricum, & Henricũ Ducem Ardennæ auunculum eius. Duo iterum contendunt pro Epiſcopatu. Leodienſes Simonem filium Ducis elegerunt. Comes Hannonienſis volens per violentiam Albertum de Cuyc promouere, Hoyum ingreditur, & caſtrum oppugnat, Leodienſes reſiſtunt, Dux Brabantiæ ſe interpoſuit, & effecit vt vtraque pars Curiam Romanam adiret. Simone ibidem mortuo, Albertus anno 1196. Epiſcopus conſecratur.

1197. Henrico Imperatore mortuo Schiſma 9
oritur: nam quidam elegerunt Philippum Sueuiæ, alij Ottonem. Et facta eſt altercatio magna, & bella excitata in Alemania. Tandem Otto ab Innocentio coronatur.

His quoque diebus Duciſſa Louanienſis

horrea Clericorum Leodien. & Monachorum in terris ſuis clauſit,&c.propter hæc & alia huiuſmodi Eccleſia Leodienſis ſilentium Diuinis miſcuit,& Brabantiam banno ſuppoſuit,&c.

Circa hos dies Fames magna fuit Leodij, hinc multitudo pauperum fame per plateas moriebatur.

10 Anno 1199. orta eſt magna ſeditio Leodij inter Clericos & ciuitatis Laicos, hi ciuitatem muris & aggere firmantes, à Clericis tributa exigebant. Clerici murum pro Eccleſiæ libertate ſe ponentes, ſilentium à Diuinis Ciuitati imponunt. Epiſcopo cum Laicis conſentiente multiplicata ſunt in ciuitate mala. Poſt aliquot tempus ciuibus iurantibus ſe de cætero non acturos contra libertatem Eccleſiæ, concordia inita eſt.

Anno 1209.Mortuo Alberto,Sicut annis ſu-
11 perioribus, Leodij pro Epiſcopatu ſtudijs & contentionibus atrociter certatum fuit,ita rurſus accendebantur lites & iurgia. Hugoni electo aliqui ſe acriter opponunt. Iterum Romana ſedes pertinaciter appellatur.Sed electio facta confirmatur.Anno 2. Hugonis Ep.Hoyenſes Epiſcopo rebellant.Interea eſt orta contentio inter Ducem Louanienſem & Comitem Loſſenſem,cui Epiſcopus ſe iunxit & magnum congregauit exercitum. Verum Comes Namurcenſis treugam à partibus impetrauit.

12 Anno autem 1211. graue bellum fuit inter Ducem Brabantiæ & Leodienſes. anno 1212.

in

in Aſcenſione Domini oppreſſa & ſpoliata eſt Leodienſis ciuitas à Brabantinis, qui nec Eccleſiæ nec Eccleſiaſticis nec ſecularibus, nec mulieribus aut paruulis pepercerunt, imo & ſacras hoſtias & oleum ſacrum effuderunt. Omnes fractæ Eccleſiæ: veſtes, vaſa ſacra ablata ſunt omnia, totaque per vrbis ambitum ſupellex ciuium, &c. Matronæ omnes & puellæ & paruuli ad caſtra deducti & veſtibus ſpoliati, magna quoque multitudo mulierum & paruulorum interijt, alij interfecti, alij ſubmerſi, &c. totoſque ſex dies ciuitas direptionibus ac cædibus completa fuit. Septimo demum die ciues, qui remanſerant pacem faciunt, ſed miſeram. Per annum & dimidium ferè ceſsatur à Diuinis.

Anno 1213. prælium magnum commiſſum eſt, in quo à Leodienſibus, *Nocte Calixti*, 13

Millibus vt cæſos numeres tribus, adde ducentos;
Brabantos duo bis millia capta ſcias.

Prius cecinerant Brabanti

Inter Brabantinos ſunt flores,
Inter Leodienſis ſunt dolores.

Poſtea auditum:

Legia viciſti, Brabantia victa fuiſti.

Anno 1214. Iterum conſpirarunt contra Leodienſes Otto Rex, Dux Brabantiæ, Dux Ardennæ, Comes Flandrenſis, &c. Sed à Rege Franciæ debellati, & deuicti, adeoq; conatus eorũ contra Leodienſes impediti fuerunt, &c. 14

Digitized by Google

85 Inter turbas ergo iſtas & diſſentiones non potuit inſtitutum Beghinarum dilatari. Verum aliquas Beghinas bellorum difficultates & ſtrepitus fugientes, Niuellas ſub regimine Abbatiſſæ, quæ ſe non immiſcebat diſſenſionibus Principum, ſeſe recepiſſe, facilè mihi perſuaſum habeo, earumque exemplo & zelo plurimas ibidem inductas, & valde multiplicatas, per alia loca dilatas fuiſſe. Quæ omnia tempore Cantipratani nota erant quibuſdam adhuc viuentibus, qui propter dictas turbas intelligere non potuerunt, quæ Leodij antea facta fuerant. Neque magna occaſio fuit Cantipratano vlterius inquirendi Beghinarum originem, cum abſque forma inſtituti alicuius ibidem inchoatæ, abſq; dependentia aut communione cum Leodienſibus, congregationem, adeoque inſtitutum quoddam de nouo fecerunt. prout ipſe Niuellis (vbi familiarem ſe notitiam habuiſſe cum Magiſtra Beghinarum indicat lib. 2. c. 54) cernebat, adeoque ex certà ſcientia ſcripſit, quæ de Beghinis habet. Et etiamſi ſciuiſſet Leodij antea Beghinas fuiſſe inſtitutas, & Niuellenſes ab exemplo Leodienſium profectas; verè nihilomiuus dicere potuit, Niuellis deuotionem illarum inchoaſſe, quas late diffuſas ſuo tempore videbat, præſertim in locis quorum Epiſcopalem curam habebat; cum à Niuellenſibus immediatè ortæ eſſent, à Leodienſibus ſolum mediatè.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO VII.

A quo inſtitutum Beghinarum initium habuerit?

DIſſimulando Beghinas deſcriptas à P. Elia vt ſect.2.n.2.referuntur (ſub quibus comprehenduntur etiam aſpirantes ad nuptias, quę nunquam habuerunt nomen Beghinæ) & Religioſas de quibus ibid.n.1. Obſeruandum, olim tres Ordines fuiſſe Beghinarum, qui colligi aliquouſque poſſunt ex Bulla Ioan. 22. ſect.3. n. 6. Primô Deuotariæ, quæ in priuatis domibus abſque vllis Regulis, abſque reſpectu ad congregationem, aut (magis quam laici) ad aliquos Superiores, vitam pro ſuo arbitratu, ducebant mediam inter ſecularem & Monaſticam. 1

2. Quę ita habitantes, reſpectum ad congregationes, & Superiores, & certas Regulas habebant, prout Niuellis olim fuiſſe ſect. 3. n. 11. indicatum eſt.

3. Quæ certis locis ſimul habitabant tanquam in parochia ſeparata à ſecularibus, ſub certis Statutis, Superioribus, &c. quæ loca nomen Beghinagiorum obtinuerunt, & in ijſdem habitantes, tandem ſolæ, ſaltem in his partibus, nomen Beghinæ retinuerunt, vt ſect. 3. n. 12. dictum eſt. 2

In ijs quæ primo loco ponuntur, difficulter ratio alicuius inſtituti reperiri poteſt, adeoque fru- 3

4 fruſtra inquiri videtur à quo inſtitutum earum initium habuerit: talem enim vitam ducentes, non ſolum tempote Noui Teſtamenti, verum etiam in antiqua lege reperiuntur, imo & apud ethnicos non defuiſse apparet.

Mariam enim ſororem Moyſi deuotariam fuiſſe conſtat; erat enim prophetiſſa, & virginitatem coluiſſe docet Greg. Nyſſenus lib. de virg. c. 6. Ambroſ. exhort. ad Virg. & alij. Apud S. Viduam Iudith c. 8. quæ in *ſuperioribus domus ſuæ fecerat ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur*, inuenimus quoddam Beghinagium.

Quin & virgines Veſtales Romanæ vmbram
5 quandam exhibent Beginarum; ad perpetuam enim caſtitatem non erant aſtrictæ, ſed euoluto certo tempore, licebat eis recedere, & Matrimonium inire. In Breuiario nota eſt Daria vxor chryſanti, quam aliquando Veſtalem fuiſſe notauit Card. Baron. ad Martyr. Sed in ſacris & apud Chriſtianos maneamus. Mulieres quæ Exod. 38. excubabant in oſtio tabernaculi, *Erant*, inquit Rabbi Abraham apud P. Cornelium à Lapide, *mulieres Deum colentes, quæ ſpreta mundi vanitate, ſoli Deo placere ſtudentes, ſua ſpecula Domino offerebant, veniebantque per ſingulos dies ad oſtium tabernaculi vt orarent & audirent Dei præcepta.* Quod poſtea exſtructo templo magis in vſu fuit. Tunc enim in exedris templi habitationem fuiſſe pro huiuſmodi pijs mulieribus, multorum eſt ſententia. Vide Baron. in apparatu.

Digitized by Google

ratu, Caniſium de B. Virg. lib. 1. cap. 13. De his loquitur Scriptura 1. Reg. 2. & 2. Machab. 3. *Sed & virgines quæ concluſæ erant*, in templi videlicet quodam domicilio, &c. Inter has fuit Anna Lucæ 2. imo & ipſa B. Virgo præſentata in templo. *Erat hic*, inquit P. Cornelius, *quaſi cœtus religioſus deuotarum illius temporis, qui quaſi typus & vmbra erat noſtrarū Religioſarum, quæ meritò ab hiſce originem & antiquitatem ſuam arceſſere poſſunt.* Ego vero ſentio maiori ratione dici poſſe, fuiſſe hic modo viuendi Beghinas. non enim erant obligatæ perpetuô ibi manere, ſed nubere volentes dimittebantur.

Et ipſa B. Virgo ſpeculum & exemplar omnis perfectionis & perfectio omnium ſtatuum, nunquid & hanc mediam vitam etiam poſt Aſcenſionem Chriſti Domini exercuiſſe dici poteſt, vt Beghinæ meritô illam, vti hactenus eam habuerunt, pro primaria Patrona & inſtituti ſui perfectiſſima fundatrice amplecti & retinere debeant? 6

Sed videamus aliquot adhuc virgines & mulieres Beghinas reipſa, licet nomen non habuerint, quæ adducuntur Regi poſt eam. Quis neget S. Paulum & alios Apoſtolos plurimas ad colendam caſtitatem etiam abſque voto induxiſſe? 7

In Actis Apoſtolorum c. 9. occurrit Tabitha, quam in domo ſua conuentum deuotarum mulierum habuiſſe, multorum eſt ſententia. Ibid. c. 21. reperiuntur in domo Philippi Diaconi 8

toni quatuor ſorores virgines, quæ etiam prophetico ſpiritu præditæ erant. S. Martham in locum à viris remotum, cum aliquot honeſtiſſimis feminis ſe recepiſſe, habet Breuiarium Romanum. Philippum Apoſtolum tres filias habuiſſe, quarum duæ in virginitate ſenuerunt, & tertia Spiritu S. plena, in Epheſo occubuit, refert Polycrates apud S. Hieron. de Viris Illuſt. Omitto S. Petronillam, Teclam, Iphigeniam & plures alias, quæ ab Apoſtolis edoctæ, caſtitatem coluerunt.

9 Poſt tempora Apoſtolorum ex Clemente Romano, S. Ignatio Apoſtolorum diſcipulis, item ex Tertulliano, Clemente Alexandrino, Origine & alijs, plurimas fuiſſe, quæ in proprijs aut parentum ædibus, caſtitatem colebant, adeoque inſtitutum Beghinarum, prout à Ioanne 22. ſup. ſect. 3. n. 6. deſcribuntur, ſeruabant, ſatis apparet; imo omnibus ſeculis tales in Eccleſia fuiſſe, diligens lector facilè depræhendet.

10 Gregorius Nazian. ad Helenium, agens de Virginibus ſcribit:

Ac multæ tales toto verſantur in orbe
Quà ſe cumque Dei porrigit alma fides.
Pars animis partibus incenſa cupidine regni,
Tecta eadem & vitæ par genus vſque colit.
Aſsidet infirmis pars altera patribus: aut cum
Fratribus in ſancta virginitate manet.

11 Cyprianus Ep. ad Pomponium, ſecundum aliquos, diſtinguit inter virgines quæ voto obli-

gatę

gatæ erant,& alias,De prioribus dicit: *Quod ſi ſe Chriſto dicauerint ; pudicè & caſte ſine vlla fabula perſeuerent ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis expectent.* De reliquis vero: *Si autem perſeuerare nolunt vel non poſſunt; melius eſt vt nubant, quam in ignem delictis ſuis cadant.*

S. Hieronymus de vitando ſuſpecto contubernio, etiam diſtinguit inter virgines, quæ in ædibus parentum, & alias quæ in Monaſterijs degebant, & prioribus tam ibi quam Ep. ad Demet. nuptias concedit. Atque eius tempore ac S. Auguſtini & S. Benedicti multas tales fuiſſe apparet. 12

S. Gregorius etiam pluribus locis agit de feminis Sanctimonialibus, quæ in proprijs ædibus conuerſabantur. 2. Dial. c. 23. & lib. 4. c. 15. Redempta anus in ſanctimoniali habitu conſtituta, huic duæ in eodem habitu Diſcipulæ erant,&c. Aliquibus tamen magis probatur, has Sanctimoniales fuiſse velatas Ordinis S. Benedicti, quæ Regulam iſtam in priuatis ædibus ſeruabant, propter defectum Monaſteriorum. quibus nō multum contradixero, quamuis eis obeſse videatur, quod iſtæ dicantur in proprijs ædibus habitaſse, & quod non dicantur abſolute Sanctimoniales, ſed, *mulieres in habitu ſanctimoniali.* 13

Ex hiſtoria Tripartita Caſſiodori l. 1. c. 9. conſtat, tempore Conſtantini fuiſse tam viros quam mulieres, qui caſtitatem in ſeculo colebant, adeoque inſtitutum Beghinarum ſeruabant. 14

Digitized by Google

bant. Cũ enim apud Romanos volentes Romã eſſe populoſam, lex eſſet, quę 25. an. nõ habentes vxores excluderet à certis priuilegijs: Vidẽs Imperator idcirco malè tractari eos, qui propter Deum virginitati, & ſine liberis eſſe, ſtudebant, &c. legem dedit, vt æqualibus legibus fruerentur, qui ſine coniugibus erant, quibus illi, qui hæc ſe habere gaudebant, ſed etiam amplius habere ſanciuit, eos qui in continentiæ virginitate degebant, licentiam eis præbens maſculis feminiſque, licet ætate minoribus, teſtamentum facere contra communem legem.

Tales etiam fuerunt ibidem c. 11. Virgines illæ, quæ propter amorem Philoſophiæ, ſacræ videlicet, ſpontanea voluntate nuptijs abſtinebant. Nimis longum eſſet cuncta huc ſpectantia referre.

15 Plæræque Sanctæ Virgines, quæ coluntur ab Eccleſia, hanc mediam vitam inter Monaſticam & ſecularem, quam Beghinarum eſſe volunt, inſtituerunt, ita vt etiam S. Vrſula cum 11000. ſuis ſocijs, ſecundum deſcriptionem Ioannis 22. inter eas recenſenda ſit, adeo vt ſuperuacaneum videatur, quæſtionem mouere de inſtitutore Beghinarum, cum quæſtio ferè maneat ſolum de nomine; quod etiamſi nouum eſſe appareat, rem tamen laudabilem eſſe & valde antiquam ex iam dictis conſtat. Si tamen velimus Beginas conſiderare prout ſup. n. 2. indicauimus: Diſputationi locus eſt, non tantũ de nomine, ſed etiam de origine. Duæ ſenten-

tiæ

tiæ ſect. 1. n. 6. & 8. indicatæ ſunt: Vna, quæ S. Beggæ; altera, quæ Ven. Lamberto Begho iſta aſcribit. Vtraque expendenda.

SECTIO VIII.

An Beghinæ nomen & inſtitutum habeant à S, Begga Brabantiæ Ducisſa?

AFfirmantem partem ex profeſſo aſtruere 1
conantur Author Declarationis Veridicæ & R. P. Elias in Palatio Beghinarum multis argumentis, quæ infra commodius examinabuntur. Eximius quondam D. Molanus in Martyrologio Vſuardi impreſſo Louanij anno 1568. ſecutus opinionem aliquorum iſtius temporis & antiqua Chronica Brabantiæ, vel (vt apparet ex Præfatione Martyrol. c. 4.) Martyrologium quoddam Germanicum, cuius extractum cum his ad verbum concordat, 17. Decembris, poſuerat ſequentia. *Eodem die apud ſeptem Eccleſias inter Namurcum & Huyum tranſitus*
B. Beggæ Viduæ relictæ Anſigiſi Ducis ac ſororis S. Ger- 2
trudis, quæ in ſtatu viduali ſe & ſua Deo mancipans, Monaſterium Andennienſe fundauit, ac Beginas quæ ab ipſa nomen trahunt, primo inſtituit.

Verum poſtea (vt indicat Card. Baronius in
notis ad Martyrol. 17. Decem.) examinauit ta- 3
bulas Eccleſię Andanẽſis, atq; adeo ſententiam ſuam retractauit: vnde in poſterioribus editionibus dicti Martyrologij poſuit ſimpliciter; *Andanij apud ſeptem Eccleſias tranſitus Beatæ Beggæ viduæ*

duæ,

duæ ſororis Sanctæ Gertrudis. omiſſis reliquis. Et in Indiculo SS. Belgij edito Louanij 1573. ita habet : *Sunt qui ſcribant ab hac Begga Beghinas nomen ſuum habere, ſed id parum aut potius nihil habet probabilitatis.* Conſtat enim in Monaſterio Andanenſi quod S. Begga fundauit hoc tempore non eſſe, neque vnquam fuiſſe Beghinas propriè dictas, de quibus agitur. Probatur. Quia hoc tempore ſunt ibidem Canonici & Canonicæ, quarum Præbendæ anno 1207. à Philippo Marchione Namurcenſi, (cuius Diploma nuper in Diplomatibus Belgicis per R. D. Miræum editis lib. 1. c. 70 extat) nobilibus fuerunt affectæ. Canonicas autem à Beghinis diſtinctas
4 eſſe, & ſemper diſtinctas fuiſſe ſatis euidens eſt. Nam in Conc. Viennenſi Beguinarum ſtatus damnatus fuit, vt refertur. *Clem. Cum de quibuſdam. De relig. dom.* (Beguinas autem & Beghinas pro ijſdem habendas & eiuſdem inſtituti infra ſect. 10. oſtendetur.) Canonicæ vero, quæ vt ſæculares Canonici vitam ducunt, quãuis Pontifex dicat, ſe nõ intendere *earum ſtatum, regulam, ſeu ordinem approbare*; non tamen eum damnauit, ſed per locorum Ordinarios præcepit illas viſitari. *Clem. Attendentes. De ſtatu Monach.* Dices Beghinas cum Canonicabus in eo
5 conuenire, quod Pontifex ſupra, dicat Canonicas non renuntiare proprio, nec profeſſionem aliquam facere. Deinde quod vtræque mediam quandam vitam ducant inter Laicam & Regularem ſiue Monaſticam. Reſp. Etiamſi in ijs con-

Digitized by Google

conueniant, ideo tamen non eſſe eiuſdem inſti-
tuti, prout neque Benedictini & Mendicantes,
imo neque ipſi Mendicantes inter ſe, ſunt eiuſ-
dem inſtituti, etiamſi in ijs quæ ſunt de eſſentia
Religionis, & multis alijs conueniant. Diuerſi-
tas enim inſtituti non tantum prouenit ex di- 6
uerſitate Regulæ, quo modo diſtinguntur qui
S. Benedicti, & qui S. Auguſtini Regulam ſe-
quuntur, ſed etiam ex varijs conſtitutionibus
Regulæ ſuperadditis, quo modo ſub Regula S.
Benedicti, diuerſi ſunt inſtituti Benedictini, Ci-
ſtercienſes, Cluniacenſes, Camaldulenſes, ſub
Regula S. Auguſtini, Canonici Regulares:
Mendicantes Auguſtiniani, Præmonſtraten-
ſes, Prædicatores & multi alij. Sub Regula S.
Franciſci Minoritæ, Capucini, &c. Canonicæ
autem habent ſuam Regulam, Statuta, & habi-
tum omnino diſtincta à Regula & habitu Be- 7
ghinarum, quarum Regulæ, quam diuerſæ etiã
inter ſe ſint ſect. 2. patet, ita vt maior diſtin-
ctio ferè reperiatur inter Canonicas & Beghi-
nas, quam quoſuis alios ordines. Illæ enim Pręe-
bendas inſtar Beneficiorum habent; hæ ex la-
bore manuum vel patrimonio victitant. Illę ſe-
cundum Statuta ſua obligantur ad ſtatas præ-
ces Horarias; harum inſtitutum in præcibus li-
bertatem habet. Canonicę vtuntur pelliceo, ſu-
perpelliceo, pallio in humeros demiſſo, velo ad
ſplendorem expanſo, &c. Beghinæ nigro vel
griſeo habitu, velo contracto, chlamide capiti
impoſita, ſtatum ſimpliciter pœnitentium ex-

probatas,quas clauſtro & vitæ puellarum præfecit. In 10
vita autem S. Gertrudis deſcripta à quodam
apud Surium qui partim ea quæ ſcribit , ſe vi-
diſſe teſtatur,c.11.habetur:*Begga quoque venera-*
bilis Matrona ... Monaſterium conſtruxit,petijtque ab
Agnete , quam diximus Abbatiſſam & eius ſororibus ſa-
cras virgines & Reliquias, vt cæptum opus poſſet abſol-
uere , datæq; ſunt ei Reliquiæ & libri ſanctarum Scri-
pturarum , & eiuſdem habitus aliquot Religioſæ ſoro-
res ,quæ illic monaſticæ Religionis prima iacerent funda-
menta. In alia autem antiqua tribus tomis di-
ſtincta M. S. vita S. Gertrudis legitur de S.
Begga: *Inſpirante ſuperna gratia,ſtuduit & ipſa Mo-*
naſterium conſtruere , vbi religioſam vitam duceret ;a-
liaſque virgines in ſeruitutem diuinam perpetua ſtabi-
litate ordinaret,&c. Quibus accedit quod in ea-
dem vita Andanenſes ordinariè vocantur San-
ctimoniales , prout etiam ipſæ atteſtatione pu-
blica data in ipſarum Capitulo 9. Martij ſupe-
rioris anni 1628. declarant,ſe vſque ad tempo-
ra Albonis Comitis Namurcenſis fuiſſe nomi-
natas,quibus conſonum eſt quod Ægidius Au-
reæ vallis(de quo infrà) 3.parte c.43.anno 1153
eas moniales vocet. *Andana autem*,inquit,*miſera-*
biliter exuſta eſt,Præbenda deſtructa , ſanctæq; mo-
niales ſatis inhoneſtè expoliatæ. & quod Molanus,
qui valde diligenter ea quæ Canonicas & cano-
niſſas concernunt examinauit , in Indiculo di-
cit : *Quæ olim erant regulares, nunc vocant Dominæ*
Andanenſes , & Canonicæ ſeculares,vt compluribus a-
*lijs locis.*Dicit inſuper ibidem Molanus,cui con-

ſentiunt plures docti Viri, (*Haræus in Vitis San-*
11 *ctorum & in Annalibus Ducum Brabantiæ, Mat. Lamberti Archidiac. Brugenſis Gazetius & alij*) S. Beggam ibidem velatam obijſſe. Quid hîc quæſo apparentiæ, vt Beghinę dicantur ibidem primô inſtitutæ & fundatæ? ipſarum enim inſtitutum, vt ſect. 3. dictum eſt, olim ſolum requirebat propoſitum caſtitatis, abſque vlterioribus aliquibus ſtatutis, ita vt merè Laicę eſſent, abſque vlla obligatione. Deinde ex dictis ſatis patet, quod etiamſi S. Begga ibidem fundaſſet Be-
12 ghinas, aut antequam Præbendæ iſtæ fuerunt affectæ nobilibus, ibidem fuiſſent Beghinæ; dici nihilominus non poſſe Beghinas à S. Begga eſſe inſtitutas & ab ea originem ducere, ſed potius ab Itta ſiue Iduberga matre S. Beggæ, quę, vt habetur in dicta vita S. Gertrudis, apud Surium, & refert Sigebertus in Chronico anno Domini 650. *Inſtinctu S. Amandi ſe & ſua Deo deuouens, Monaſterium Niuialenſe fundauit, eique filiam ſuam Gertrudem Deo dignam virginem præfecit.* Et infrà anno 686. videlicet 36. annis poſt, idem ſcribit: *Begga relicta Anſigiſi ſe & ſua Deo mancipat, & Monaſterium Andennenſe fundat.* Eiuſdem videlicet inſtituti, quale erat Monaſterium à matre fundatum, prout ex citatis M. SS. etiam conſtat, in quibus dicitur S. Begga cœnobium ſimile Niuialenſi fundaſſe. eo accedente quod in Dec. Verid. § 27. *ex D. Rebreuiettes habetur, S. Gertrudem ſub ſe non velatas ſolum, ſed & liberas*
13 *habuiſſe* (ſit fides penes Authorem) adeoque S.
Beggam

Beggam ex illis accerſiſſe pro ſuis inſtituendis.
Ex eo enim etiam ſequitur,quod etiamſi Anda-
nenſes olim fuiſſent liberioris inſtituti quam 14
Niuellenſes : nihilominus dici non poſſe à S.
Begga inſtitutum habere , cum tales liberiores
Niuellis prius fuiſſent: Verum per omnia ſimi-
les fuiſſe, atque S. Beggam non minus velatam
fuiſse,adeoque velatas fundaſse,quam mater e-
ius Itta, Sigebertus ſatis indicat: *Se,* enim *& ſua*
Deo deuouere , &, *ſe & ſua Deo mancipare* , eadem
prorſus eſse,nemo cordatus facile negauerit.
Cum itaque S. Ittam ſacrum velamen accepiſ-
ſe conſtet;S. Beggæ illud ſine fundamento non
tribuitur , adeo vt tam Niuellenſes quam An-
danenſes , etiamſi tribus votis religioſis fortè
obſtrictæ non fuerint,ad perpetuam tamen ca-
ſtitatem obligatas, cœnobiticum refectorium,
& dormitorium , &c. communia habuiſse &
regulariter vixiſse ſatis colligitur. Nomẽ enim
Sanctimonialis,quod vtræque olim habuerunt
ſatis indicat fuiſse Deo conſecratas. Verum 15
quidem eſt,reperiri illud tributum ijs,quæ reti-
nebant proprietatem rerum temporalium;alijs
tamen,quam ad perpetuam caſtitatem obliga-
tis,competijſse, non facile poſse reperiri exiſti-
mo. Sanè etiamſi Rebreuiettes l. 3. c. 25. di-
cat ſe eius eſse opinionis & probare conetur,
quod S.Gertrudis non obligauit ſuas ad vota Religionis,
ſed quod illas relinquebat libera voluntate ſeruire Deo:
lib. tamen 1. c. 5. ſcribit S.Idubergam ab Epi-
ſcopo accepiſse velum & habitum Religionis,

Digitized by Google

ſe mettant au rang de Religieuſes voüees , leſquelles elle eſtablit pour y ſeruir Dieu. ponens ſe
16 in numerum Religioſarum voto obligatarum, quas ipſa fundabat ad ibidem ſeruiendũ Deo: & lib. 2. c. 7. habet de S. Gertrude: *Poſtquam fuit conſecrata* (velo ſcilicet à Presbyteris accepto) *Mater eius conſtituit eam Abbatiſſam Religioſarum quæ erant* au Cloiſtre, *in Monaſterio quod fundauerat*, &c. Interim etiamſi Niuellenſes & Andanenſes prout ipſæ ſuſtinent ab initio fundationis fuiſſent liberæ à perpetua obligatione caſtitatis, (vti aliquale argumentum habetur apud Rebreu. l. 2. c. 12. vbi refert, quod Rex Franciȩ & plures Principes S. Wilſtrudem, cui S. Gertrudis officium ſuum reſignauerat, conati fuerunt abſtrahere à Monaſterio.) & ſolum habuiſſe nomen Sanctimonialium, quia ad modum Sanctimonialium clauſtraliter & cœnobitice viuebant, ideo tamen non fuerunt, quin potius minus fuerunt Beghinȩ, quam modo ſunt.

17 Dicent forte S. Beggam præter Monaſterium Andanenſe etiam Beginagium fundaſſe. Sed quæro vbi, & quando, & non inuenio; niſi fortè in Paradiſo terreſtri. aut in excentricis Lunæ ab aliquo repertum ſit, ex quo paulò ante, vel paulo poſt annum Domini 1200. paſſim per Belgium Coloniæ ductæ fuerunt. Ante annum enim D. 1170. circa quem Leodij primum Beginagium fundatum eſſe, infrà oſtendetur, ne nomen quidem Beggardorum, Beguinarum aut

aut Beghinarum notum fuiſſe authenticè doceri poteſt, ac de præcipuis Beghinagijs Belgij ſect.4. oſtenſum eſt poſt annum demum 1200. excepto Leodienſi, inchoata fuiſſe.

Dicent 2. Saltem nomen à S. Segga Beginas 18
accepiſſe ſatis apparet, prout diſertis verbis aſſerunt Chronica Brabantiæ, ac etiam ortographia indicat à Begga deriuari, ſicut à Clara Clariſſa, à Brigitta Brigittina. Reſp. Rarius nomen Beghinæ ſcriptum reperiri per duplex gg. quod importat nomen Beggæ, imo ſæpius multo quam Beggina reperiri nomē Beguina (quod ſi preciſe velimus conſiderare, à quodam Begui Eſdræ 3. deriuatum apparet) ob rationes ſect.10. adferēdas, vbi oſtendetur nomē deſumptum à Lamberto Begho fundatore Beghinagij Leodienſis. Hic interim apponam extractū ex antiquo M.S. M. Guilielmi Fanij D. Martini apud Leodienſes Canonici, quod aſſeruatur in Archiuis Beghinagij Leodienſis, in quo, poſtquam narratum eſt, quod Lambertus ſe Beghinarum Patriarcham ſcribere orſus eſt, vt 19
infra dicetur, additur. *Non defuere tamen qui ob paronomaſiam & vocis ſimilitudinem neſcio quam, Beghinas à S. Begga Pipini cognomine Landenſis primi Brabantiæ Ducis filia, & D. Gertrudis apud Niuellas Brabantorum oppido virginitate Chriſto conſecrata nobilis, ſorore, nomen habere putauerint: ſed cum nullo ſolidæ rationis nitantur fundamento, aut idonei Scriptoris authoritate, ſed inanibus ducantur coniecturis, meritò illorum opinio vt ridicula & abſurda reijcienda*

 eſt,

eſt, & iam dudum à viris cordatis repudiatam conſtat. Quid his addam non video, viderint illi qui eamdem opinionem de nouo reſuſcitant, an maioris authoritatis Scriptorem aliquem in tenebris iſtis repererint, qui olim, dum iſta recentiora erant, adhuc latebat; alioqui fateantur ſe inanibus ſolum duci coniecturis, (quibus Palatium Begginarum ſcatet) adeoque opinionem ſuam non minus quam olim, tanquam ridiculam & abſurdam etiam modo à viris cordatis meritô reijciendam eſſe & repudiandam. Pauci ſane Authores reperiuntur qui de origine Beghinarum mentionem faciunt; cauſſam exiſtimo quod Beghinæ paſſim ſibi fecerunt congregationes; & multis locis ſibi ipſis regulas conſtituerunt, abſque dependentia ab aliquo antiquiori, adeoque pleraque fuiſſe quaſi diuerſi inſtituti. Quomodo enim eiuſdem inſtituti dici poſſunt, quæ diuerſis Regulis, diuerſo habitu, &c. propria authoritate aſſumptis, inchoatæ depræhenduntur? Nam quod in eo conueniant quod caſtitatem colant abſque voti perpetua obligatione, tam generale & antiquum eſt, vt eius origo fere dici poſſit iuris naturæ. Interim authores, quos ego reperire potui, ex quibus, quid in hac materia tenendum ſit, colligi poteſt, ſequuntur.

SEC-

SECTIO IX.

An Beghinæ nomen & originem habeant à Ven: Lamberto Begho?

QVæſtio intelligenda eſt prout ſect. 7. in fine indicatur. & Primô quantum ad no- 1 men attinet: Ægidius Leodienſis, Religioſus Aureæ Vallis (Floruit anno Domini 1230.) 3. parte voluminis geſtorum Pontificum Leodienſium cap. 52. circa annum Domini 1173. vbi agit de Radulpho Epiſcopo Leodienſe, ſcribit, *Iiſdem diebus ..... ſuſcitauit Deus Spiritum ſancti cuiuſdam Sacerdotis viri religioſi, qui Lambertus le Begues, quia balbus erat, de S. Chriſtophoro dicebatur, à cuius cognomine mulieres & puellæ quæ caſtè viuere proponunt, Beguines Gallicè cognominantur, quia ipſe primus exſtitit qui eis præmium caſtitatis verbo & exemplo prædicauit.*

2. Huic conſonum eſt Magnum Chronicon Belgicum (Authore vel Collectore Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Reg. prope Nuſſiam Religioſo, qui vixit circa annum 1474.) in quo habetur quod anno 1168. apud Leodium electus eſt in Epiſcopum *Radulphus qui Præbendas & Beneficia per Vdelinum carnificem vendebat; contra quod homo quidam publicè prædicauit, Prælati vero indignati, per Epiſcopum illum capi faciunt, & ducentes per Eccleſiam, vnguibus impingunt; ipſe vero prophetando dixit: heu heu, dies venient, cum ſubtus altare B. Mariæ porci terram effodient, quod poſt accidit. Vocabatur ille Lambertus Begge à cuius nomine adhuc Beghinæ*

ghinæ vocantur, quia primus inuenit ordinem Beghinarum, & eis primum caſtitatis normam verbo & exemplo prædicauit, perſuadẽtibus clericis Romã mittitur... Papa vero intentionem eius piam videns, & in carcerem coniectum eſſe per inuidiam, eum in pace dimiſit, data licentia prædicandi: Qui reuerſus, Eccleſiam S. Chriſtophori conſtruxit, vbi & ſepulturum accepit. anno Præſulatus Radulphi 7. anno ſalutis 1177.

3. M. Guilielmus Fanius Canonicus S. Martini Leod. ſect. præced. citatus, habet ſequent. *Apud Legiam Eburonum Auguſtam, Frederico Barbaroſſa Rom. Imp. & Lucio 3. Pont. Max. vir quidam non obſcuro loco natus, locuples, vitæ integritate, doctrina & prophetiæ ſpiritu clarus, floruit Lambertus... Is Cleri ambitionem, & Symoniam, corruptoſque nobilium & ciuium mores liberius carpere non ceſſabat, & pericula quæ Leodinæ ciuitati, ni reſipiſcerent, incumbebant, palam aperire non formidabat. qua ratione tantum in ſe omnium conflauit odium, vt in carcerem conijceretur. Præſagio triſtis non defuit euentus... fatali enim incendio non multo poſt ædes Cathedralis D. Lamberto Mart. ſacra, cum bona clauſtri parte, Palatium Epiſcopale, Bariona Collegium... perierunt 4. Kal. Maias 1183. Carcer ipſe Vulcanijs etiam oppreſſus flammis, Lamberto captiuo euadendi præbuit occaſionem. Ingrata ſolutus compede, cum tutus eſſet nuſquam, & contumelioſis ſcommatibus palam impeteretur (præcipuè quod rem nouam, inſolentem, multis parum plauſibilem moliretur, quod, inquam, Beghinarum fuiſſet auſpicatus domicilium, non ſine contemptu & Ludibrio Beghotum paßim cognominabant... maleuolo-*

uolorum declinans inuidiam Romam adit . . . Pontifici queſtus iniuriam, quod iam pridem animo conceperat, cuiuſque ſpecimen aliquod in patria iam dederat, Beghinarum ſiue Beghuttarum inſtitutum, Apoſtolicæ Sedis authoritate obnixè confirmari poſtulat . . . Iniuriam ipſi illatam indignè ferens Pontifex, quod cæperat ceu pietati congruum, & Reipub. Chriſtianæ non infrugiferum laudans, ratum ſe habere declarat. Voti factus compos, Leodium redit, & in ſuo quod amplum erat, & Aurotanæ portæ proximum, prædio, incepto Beghinagio manum ſupremam adijcere ſatagit, & pro facultatum modulo dotare. inde Beghinarum Patriarcham, hoc eſt primum patrem & authorem ſe ſcribere orſus eſt . . . Hæc igitur prima ac germana Beghinarum origo, hoc primarium à Lamberto poſitum aluearium, vnde & frequentes euolarunt & induſtriæ apes . . . Exſtrui curauit & vir Dei templum, quod nunc parochiale eſt & nomini B. Mart. Chriſtophori, anno 1184 dicatum voluit, vnde & vulgo S. Chriſtophori Beghinagium indigitant, &c.

4. Accedit quod refert Lumnius ex hiſtoria (vt ſcribit fol. 31) *antiqua & celebri olim gallicè deſcripta à diuerſis perſonis, eidem tranſmiſſa à* D. *Laurentio Batzon Canonico S. Ioannis Leodien.* ex ea inquam fol. 37. ponit. *Vlterius vnum notabile verbum quod in dicta hiſtoria deſcriptum eſt debet à nobis meritò hic notari; cum ex ea audimus & intelligimus cognomen Patriarchæ noſtri Lamberti dictum fuiſſe Beghe vel Begghe. quia hoc vnum verbum, adfert ſecum plenam ſolutionem quæſtionis, qua quæri ſolet, vnde nomen Beghina venit? Quia abſque ſcrupulo & vlteriore in-*

re inquiſitione dicimus & affirmamus, prout infra latius patebit, hoc nomen veniſſe à primo authore inſtitutore & fundatore Beghinagiorum, nomine & cognomine Lamberto le Beghe, & quod ideo etiam illæ, quæ eius vitam & doctrinam ſequebantur initio Beghinæ vocatæ fuerunt.

5 Placentius in Catalogo Antiſtitum Tungarorum, &c. de Radulpho Ep. Leod. ſcribit quod Lambertum quendam ſpiritu prophitico futura prædicentē in turrim præcipitauit.... *Qui Pontifici iniuriam queſtus, inſtitutum Beghinarum, quarum ſe patriarcham ſcribebat, authoritate & litteris confirmari meruit, & regreſſu Diui Chriſtophori templum Leodij Beginarum habitationem fecit.*

6 Neque deſunt recentiores Authores qui eam ſententiam amplectuntur. R. D. F. Vanden Zijpe. In Iure Pontificio nouo, lib. 3. de Regularibus; Cl. D. Ioannes Waeſbergius in Gerardimontio & alij, quin & D. Guilielmus Rebreuiettes in Vita S. Gertrudis p. 3. c. 25. aſtruens Dominas Niuellenſes ab iuitio fuiſſe ſeculares Canonicas, addit ſequentia: *Aliquis fortè veniet ex aduerſo, ad dicendum, quod Papa Vrbanus ipſas recipiens in ſuam protectionem vocat eas Beghinas per bullam ſuam. Dicamus ita eſſe, hoc nihil obeſt. Molanus loquens de S. Begga dicit, quod hoc nomen Beghina potuerit venire ab ipſa, nihilominus relinquit hoc iudicare magis curioſos: cum ſit veriſimile quod ex nomine Beggua formatum fuit hoc deriuatiuum Beguina, prout de Clara, Clariſſa, de Brigitta Brigittina & ſimilibus. Et quamuis hoc melius conueniſ-*

Digitized by Google

niſſet Dominabus Andennenſibus filiabus S. Beggæ, quam Niuellenſibus filiabus S. Gertrudis; Papa tamen vtitur eo nomine (vt apparet) quia ſunt inſtituti eiuſdem ſortis cum Andennenſis quamuis hæ ſint ipſis poſteriores: ita quod hoc nomen Beguine, vt obſeruat Gramayus antiquitus erat auguſtum & peculiare Dominabus nobilibus, quæ ducebant vitam mediam inter cœnobiticam & ſecularem. Poſtea nomen illud illuſtre fuit derelictum, & deinde reſumptum per quendam ciuem Leodienſem nomine le Beggue, qui cum inſtituiſſet Beghinas quas modo habemus, ipſæ fuerunt ita vocatæ de ipſius nomine, ex quo patronimecum hoc fuit formatum. Hactenus Rebreuiettes; Ex quibus patet, Authores illis nouos eius ſententia abuti, dum toties eum pro ſe citant, diſerte cōtra ſentientem. Quam vero opinionem hodie habeant Leodij de hac materia, ex his collige; Ex ſcripto Reuerendiſſimi & Doctiſſimi Domini Theodorici de Grace Suffraganei Leodienſis; *Tenetur tanquam certum in Beghinagio S. Chriſtophori* (Leodij) *quod Lambertus le Beghe ſit primus author inſtituti Beghinarum, & quotannis celebratur ibidem eius tanquam Fundatoris Anniuerſarium.* Idem teſtatur R. D. Matthias Loucinus Paſtor eiuſdem Beghinagij: *Nomen* Beghinarum, inquit à *Lamberto Begho primo fundatore noſtro deſumptum eſſe vel inde patet, quod ab omni memoria hominum celebretur menſe Martio Anniuerſarium benefactorum Beghinagij, præcipuè Lamberti Beghi, fundatoris noſtri, ſic enim quotannis annuntiatur populo.* Clara & ſufficientia merito ſunt & haberi debent hæc teſtimonia.

mia. Quibus accedit, quod ante tempora Lamberti nomen Beghinæ hactenus reperiri non poſſit, prout infra latiùs patebit.

Gramayus quidem in Antuerpia c. 8. *Addam*
8 *inquit, amplius ex Diplomatibus me ſcire .... nomen Beginarum Niuellis, & Andennæ etiam II. ſeculis ante Lambertum le Begge in vſu & ore fuiſſe à D. Begga Canonicarum ſecularium fundatrice inditum, vt volunt noſtri annales.* Et in Niuella ſua citans in margine Bullam Vrbani (quem author Palatij pag. 10. & 153. & ſequentibus exiſtimat, & fruſtra multis verbis, probare nititur eſſe Vrbani II. qui 100. ferè annis Lambertum præceſſit, ſcribit, *alibi Beginas de Niuella tanquam prius & potius Capituli membrum nominari. Nec mirum videri debet, cum Beghinæ nomen, olim auguſtum & nobilibus medium iſtud vitæ genus inter cœnobiticam & ſecularem profeſſis proprium fuiſſe docere poſſim.* Verum quid de Bulla illa Vrbani, & ijs quæ Gramayus & alij Scriptores eum ſecuti, ſe docere poſſe aſſerant, tenendum ſit, ex hoc Teſtimonio videri licet.

NOs infraſcripti Canonici Eccleſiæ Collegiatæ vtriuſque ſexus Oppidi Niuellenſis, perluſtratis diligenter munimentis & antiquis Regiſtris Eccleſiæ noſtræ, teſtamur, nullum in ijs reperiri, neque ſcire in ijs vnquam fuiſſe, Diploma alicuius Papæ Vrbani, quam Vrbani IV. quo Beginas Niuellenſis accipit in ſuam protectionē, & aliud tranſumptum litteram eiuſdem Pontificis, quibus ſimiliter recipit recluſas & Beginas Diœceſis

ceſis Leodienſis in ſuam protectionem. Teſtamur inſuper nobis videri multum à vero aberraſſe Cla. D. Ioannem Bapt. Gramay & alios eum ſecutos, qui ſcripſerunt Dominas Niuellenſes olim fuiſſe vocatas Beginas: Et nihil hic hactenus repertum eſſe ex quo colligi poßit (quod ijdem aſſerunt) Beginæ nomen olim auguſtum & nobilibus mediũ vitæ genus inter cœnobiticam & ſecularem profeßis, proprium fuiſſe, ac nomen illud hic Niuellæ duobus ſeculis ante Lambertum le Begue in vſu & ore fuiſſe, ac inditum eſſe à D. Begga Canonicarum ſecularium fundatrice, quin potius ex archiuis noſtris conſtat, fere pauperioribus tantum mulieribus nomen iſtud olim hic fuiſſe tributum, prout etiamnum tribuitur, quibus circa annum 1273. vnum & 1281. alterum, ac poſtea adhuc duo hoſpitalia fuerunt erecta, ſuperioribus turbis ita deſtructa vt ſolæ ruinæ ſuperſint: & omnino iudicamus indubiam fidem adhibendam eſſe Ægidio Aureæ Vallis (cuius ſcripta pridem quondam Ex.mus D. Chapeauille in lucem protulit) qui deſertis verbis, iam à quatuor ſeculis ſcripſit, à cognomine Lamberti le Begue mulieres & puellas quæ caſtè viuere proponunt Beguines Gallice cognominari. In quorum fidem his ſubſcripſimus. Actum Niuellæ die 27. Octobris anno Domini 1628.

Gabriel Huenaerts, dictæ Eccleſię Decanus.
Balduinus des Hayes Canonicus.
Ægidius petit Canonicus.
Franciſcus à Caſtro Canonicus & Cantor.
Henricus de Regnyer Canonicus.

Bulla vero de qua agitur, eſt iſta, deſumpta ex Regiſtro Niuellenſi fol. 131.

Digitized by Google

10 *VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus Beginis de Niuella Leodienſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia deuotos & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſueuit, & ne prauorum hominum moleſtijs agitentur eos tanquā pia mater, ſuæ protectionis munimine confouere. Ea propter dilectæ in Chriſto Filiæ veſtris iuſtis poſtulationibus gratioſo concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, vt ſub Apoſtolicæ ſedis munimento quieſcentes, liberius diuinis vacetis obſequijs, nullis aduerſitatibus impeditæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Viterbij Idus Iunij Pontificatus noſtri anno primo.*

11 In eodem Regiſtro pag. 468. alia exſtat ſimilis Bulla eiuſdem Pontificis ijſdem fere verbis, data ibidem eodem anno Non. Iulij, Collegijs Beghinarū & Recluſarum Diœceſis Leodienſis, quam retulit R. D. Decanus Miræus lib. Donationum Belg. c. 112. Ex quibus ſatis patet, illas Bullas non fuiſſe datas pro Canonicabus. Quæ enim cauſſa fuiſſet DD. Niuellenſibus contra prauorum hominum moleſtias implorare Pontificis protectionem, dum ipſæ, tanquam Dominæ territorij, remedio opportuniori & efficaciori carcerum & furcarum, poterant

terant occurrere? Dicam quod ſentio. Gramayus deceptus fuit propter diuerſitatem foliorum Regiſtri, & alij eius veſtigia abſque vlteriore indagine ſunt ſecuti. Quamuis interim Gramayus magna dexteritate & diligētia perluſtratis penè totius Belgij archiuis, multas antiquitates vtiliter in lucem protulit; ijs tamen multa non ſatis examinata leui calamo adieciſſe deprehenditur, ita vt ea quæ ſine authoritate dicit, Ægidio & alijs antiquioribus Scriptoribus obeſſe non poſſint.

Petes, Quomodo Ægidius Aureæ vallis rectè dicit, Lambertum primum exſtitiſſe, qui mulieribus & puellis præmium caſtitatis verbo & exemplo prædicauit, cum Christus Dominus & S. Paulus alijque plures Sancti antea illud præſtiterint? Reſp. Quamuis ante tempora Lamberti pluribus locis multæ fuerint virgines & mulieres, quæ propoſitum caſtitatis extra Monaſteria colebant vt ſect. 7. oſtenſum eſt: Lambertum tamen poſſe dici primum, quia Leodij, adeoque in his partibus, vbi ante ſua tempora, paucæ vel nullæ tales erant, primus fuit, qui plurimas ad illud vitæ inſtitutum verbo & exemplo induxit; quo modo etiam hoc tempore, Religioſi illi qui ſingulari zelo & magno fructu, ſe impendunt, vt plurimas puellas ad colendam caſtitatem in ſeculo prouocent & inducant, ijs locis vbi antea paucæ vel nullæ filiæ ſpirituales erant, poſtquam multas ad hoc induxerunt, verè primi dici poſſunt, qui eis 12

præmium caſtitatis verbo & exemplo prædicarunt. Cui accedit quod Lambertus dici poteſt modum iſtum viuendi, ſiue inſtitutum iſtud firmaſſe, dum talibus fundum conceſſit, templū & habitationes ædificauit & dotauit, adeoque primus effecit vt Leodij plurimæ ex ijs more cœnobitarum quaſi in congregatione, & conuentibus, ſub certis Regulis & directione Superiorum viuerent, cuius exemplum ſucceſſu temporis pluribus locis imitatum fuit.

13 Aliquis ſupra citatis Authoribus obijciet, quod non in omnibus conueniant, dum aliqui conflagrationem illam Eccleſiæ poſt mortem Lamberti eueniſſe, alij in vita eius accidiſſe diſertè ſignificent. Item de tempore quo obijt, dum vnus annum 1177. deſignet, alius an. 1184 templum S. Chriſtophori perfeciſſe ſcribit, &c. Reſp. Hiſtoricos eamdem rem ſcribentes ſæpe cum in ſubſtantia conueniunt, in circumſtantijs differre, præſertim quoad tempora: quod quam ſæpè vitio amanuenſium & Typographorum contingat, quiuis ſtudioſus facilè percipit & quotidie experitur, qui tamen ideo ipſas hiſtorias non reijcit, aut Scriptorum authoritati aliquid detrahendum exiſtimat. quin & in Sacris Litteris, in quibus falſi aliquid ſuſpicari ſacrilegum eſt, Interpretes ſæpè valde laborant, vt tempora concilient, quæ ſi non diuerſis locis, in diuerſis ſaltem exemplaribus aut verſionibus diuerſa ſubinde reperiuntur.

14 Verum Lambertus fortè mouebit aliquibus ſto-

ſtomachum vt eructent non eſſe veriſimile Be-
ghinas à vitio corporis, videlicet à balbutie ip-
ſius nomen accepiſse. Verum pro aniſo quod
eructationem ſedet, appono. Primo, quod
quemadmodū hac ſect. n. 3. dictum eſt, quod
Lambertus contumelioſis ſcommatibus palam
impetitus fuit, & non ſine contemptu & ludi-
brio Beghotus, vt Fanius ſup. annotauit, vel
etiam, vt refert Ægidius n. 1. *quia balbus erat*, le
Begue, paſſim cognominatas fuit, prout etiam
hodie multa nomina ironice vel ſacraſmo per
mutationem vnius litteræ vel ſyllabæ in aliam
ſignificationem audimus transferri, ita etiam
nomen Beguines ſiue Beghuttes (prout Ioan-
nes Nyder in Formicario & alij eas nominant)
loco Begines, à vulgo mulieribus & puellis, quę
inſtinctu Lamberti caſtè viuere proponebant,
primo iocoſe vel per ludibrium impoſitum &
alijs deuotis mulieribus communicatum fuiſse.
Colligi hoc poteſt ex Card: de Vitriaco (flo-
ruit etiam à 400. annis) libro de ſanctis mulie-
ribus Leodien. ad Fulconem Ep. Tholoſa-
num. *Vidiſti*, inquit, & *gauiſus es in hortis liliorum*
Domini multarum ſanctarum virginum cateruas in 15
diuerſis locis, quæ ſpretis carnalibus illecebris & con-
temptis pro Chriſti amore mundi diuitijs, in pauperta-
tę & humilitate ſponſo cæleſti adhærentes, labore ma-
nuum tenuem victum quærebant, licet parentes earum
diuitijs multis abundarent . . . Vidiſti & gauiſus es
ſanctas Deo ſeruientes Matronas, quanto zelo pudici-
tiam iuuencularum conſeruarent; & eas in honeſto

propoſito, vt ſolum cœleſtem ſponſum deſiderarent, ſalutaribus monitis inſtruerent, &c. Vidiſti & miratus es, imo & valde contriſtatus, quoſdam impudicos & totius religionis inimicos homines, prædictarum mulierum religionem malitioſè infamantes, & canina rabie contra mores ſibi contrarios oblatrantes. Et cum non haberent amplius quid facerent, nomina contra eas fingebant ſicut Iudæi contra Chriſtum ipſum Samaritanum, & Chriſtianos Galilæos appellantes, &c. Hic vero agi de Beghinis ſcripſit Petrus Herentalius vt refertur in magno chronico Belgico.

16 Inter nomina vero quæ contra eas fingebant, Beghuttes & Beguines q. d. babbelerſſen, fuiſſe, certum eſt; prout etiam, vt refert Lumnius ijdem Leodienſes pios viros quibus Lambertus noſter domum & fundum conceſſerat, Coquins appellarunt; & etiam hodie puellæ quæ habitu oſtendunt ſe habere propoſitum caſtè viuendi, Queſelæ alijſque nominibus cognominantur. Succeſſu vero temporis Beghinas communi & vulgi more cedentes, etiam nomē Beguinæ quibuſdam locis aſſumpſiſſe & retinuiſſe, ignorantes à voce balbum ſignificante, deriuari, ac per ludibrium primo impoſitum fuiſſe ſicut & à quibuſdam Beghuttæ vel Begittæ vocantur. Exiſtimo tamen veriſimile eſſe quod facilius introductum fuit nomen Beguines, quia eodem modo pronuntiatur ſicut Beghines, & propter diuerſitatem idiomatum diuerſimode ſcribitur.

Quem-

Digitized by Google

Quemadmodum enim, vt legitur Iudicum 17
12. Euphratæi non poterant dicere Scibboleth ſed reſpondebant Sibboleth, ita in quibuſdam partibus Alemaniæ, præſertim circa Rhenum, ac etiam in Lutzemburgo reperiuntur qui Scibbotheth adeoque neque nomen Beghinæ proferre poſſunt, ſed Beguine dicunt, quod magis eodem modo ſonat quam Beſinæ, quo modo alias illud pronuntiarent. Cum itaque Beghinæ dicerentur, prout ab initio dictas fuiſſe infra dicetur, facilè ijs locis quibus ignotum erat vnde deriuaretur, ſimilitudine vocis deceptæ, potuerunt à Begga deriuatũ eſſe cõcipere opinionẽ, quæ affabilitate earũ in vulgus promulgata, tandem etiam locum inuenit in Chronicis Brabantiæ, in quibus plurima alia ex vanis rumoribus collecta, referuntur: prout hęc referri ſatis indicatur cum habent; *Ab hac Begga dicitur, quod Beghinæ nomen ſuum primò acceperunt.*

Hæc etiamſi Leodij facta non ſint, vbi ſatis 18
notum ſemper fuit nomen Beghinæ à Begho nomine familiæ Lamberti deriuatum eſſe, ſaltem alijs quibuſdam locis vt in Germania patet ex Concilio Viennenſi, mulieres & puellas, deuotarum Leodienſium modum viuendi amplectentes loco Beghines nomen Beguines iocosè vel per ludibrium primò impoſitum, ſine ſcrupulo aſſumpſiſſe ſatis apparet. Neque nouum eſt eo modo nomina primum impoſita ſucceſſu temporis volũtaria & grata fieri. Exẽplum habemus in nomine Geuſij, à quo Hollandi

 landi

landi non abhorrent etiamſi per ludibrium vel abiectè & contemptim impoſitum fuerit. (Hiſtoriam refert Surius, Opmerus & R. D. Haræus & alij in Annalibus ad annum 1566.)

19 Cum enim Brederodius cum adiunctis ſibi aliquot minoris nobilitatis viris fœderatorum offerrent libellum ſupplicem Gubernatrici Prouinciarum Belgij, eidem territæ propter multitudinem (erant 200. vt refert Opmeerus) Barlamontius dicebat: Ne timeas Domina. *Ce ne ſont que de geus.* Non enim ſunt niſi Geuſij. Quæ vox nebulonē ſcurram mendicū eo tempore ſignificabat. Hac enim occaſione fœderati cyphulos ex ligno è galero ſuſpenderunt & alia ſymbola mendicantium aſſumpſerunt. Quemadmodum itaque iſta hoc tempore adhuc viuentibus qui viderunt, ita abierint in obliuionem, ita de nomine Beguinæ vel Beghuttæ fieri potuit. Aliud exemplum habemus in nomine Diſcalceati, quod in Veteri lege erat infamè. Deut. 25. De eo qui nolebat ſuſcitare ſemen fratri ſuo abſque liberis mortui Decer-
20 nitur: *Accedet mulier ad eum & tollit calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem illius.* vt videlicet ſumma & ima pars hominis contumelia afficeretur, & totus homo à capite vſque ad calcem infamia notetur. *Et vocabitur nomen illius in Iſrael domus Diſcalceati.* Nomen tamen illud ibi tam infamè, hoc tempore à Religioſis viris aſſumptum, in honore habetur.

21 In Hiſtorijs autem Romanis plura reperiuntur

tur exempla,quibus nomina,propter defectum corporis primò aliquibus impoſita, à poſteris eorum in familijs tanquam honorifica fuiſſe retenta patet. Ita inuenimus Tuditanos, Capitones, Naſicas, Cicerones, Rutilios, Licinios, Labeones, Halas, Plancos, Panſas, Vatinos, Scauros,& plures ſimiles. Ita & Michaël Rom. Imp. & Ludouicus 2. Rex Franciæ & Dux Brabãtiæ dictus le Begue Balbi,ac Carolus eius Pater,Calui cũ alijs multis,nomẽ à vitio corporis eis inditũ,hactenus in Hiſtorijs retinuerunt.

Deinde etiamſi aliquis ſuſtinere velit Beghe
etiam balbum ſignificare,prout etiam(vt nota- 22
uit Scrickius in origin. Celticis) *Begga, Celtis eſt balbutiens, Francis Begue*, non adeo abſurdum haberi debet neque Beghinis oberit, nam etiam in Belgio plura etiamnum ſunt nomina familiarum, quæ alias ſine iniuria aut ignominia non attribuerentur. Nulli certè nomen qualecumque oberit, ſi deſignati vitij actu caruerit, inquit quidam. Neque enim obfuit Thadeo, quod idem nomen cum proditore habuit. Vbi de inſtituti præſtantia conſtat, de nomine non tantopere curandũ eſt.Sicut enim ſolum nomẽ nulli bonitatem tribuit, ita nec cuicumque nota vitioſi nominis,ipſam virtutum adimit. Dicit alibi Chryſoſt: Diaboli nomen aureis litteris ſcripſeris,malignitate tamen non carebit; & ſi nomen Dei tetris depinxeris characteribus, nihil diuinæ bonitati nocebit. Iſta nihilominus hic locum non habere videntur,cum nomẽ Beghi-

ghinæ, à nomine familiæ Beghi formatum eſſe ſatis indicatum ſit.

Obijciet tamen aliquis Ægidium rationem
23 nominis addere, *quia balbus erat*. Reſpondeo Hiſtoricos ſæpe ſua ſcribere, eo modo quo cõmuniter referuntur, & quamuis res geſtas ſecundum ſubſtantiam debite inquiſiuerint, circumſtantias tamen non tam exacte ſolere inquirere, adeoq; ex vulgi rumore, quo iſte Lambertus loco Beghe vocabatur le Begue, tanquã balbus, verba illa poſuiſſe, quæ tamen apud alios ſcriptores vel etiam in alijs Exemplaribus Ægidij non reperiuntur, vt patet ex tabula R. adm. D. Miræi. anno 1602. edita, & relata in chronico ſuo Ciſterc. ad an. 1216. & infra n. 27.

24 Lambertum Balbum non fuiſſe ſatis apparet ex eo quod fuit inſignis, vt ait P. Merſſæus in annalibus Ep. Leodienſium, concionator, (qui Epiſcopum & multos alios concionibus ſuis ad reſipiſcentiam à vitio Simoniæ perduxit) & quod dum caperetur, ac Sacerdotes quidam & Clerici, vt refert Ægidius ſupra, in ipſum irruentes, ſuis eum ſtilis & vnguibus pungebant, & proculdubio turbatus eſſet, quo caſu balbi vix verbum poſſent proferre, conuerſus ad altare B. Mariæ dixit, *Heu, heu ecce dies veniunt, cum ſubtus te, terram effodient porci, & quæ in honorem Sanctorum ara dedicata es, hara porcorum efficieris.*

Quæ ſanè verba à balbutiente etiam ſedato corde proferri vix poſſent abſque riſu audientium. Interim ſiue balbus fuerit ſiue non, ab

ipſo

ipſo Beginas nomen habere ſatis patet,eo accedente quod etiam Author Palatij, non obſtante quod toties vrgeat Begginas à S. Begga,quæ 500. ferè annis Lambertum præceſſit nomen habere,& quæ ex Gramayum ſupra n.8.relata. 25
& quæ ex Rebreuiettes ſup. n. 5. poſita ſunt etiam viderit, pag. tamen 92. ſui non ſatis memor,ſcribit: *Ex diuerſis antiquis hiſtorijs reperitur, quod ſucceſſores S. Beggæ initio non fuerunt vocatæ Beghinæ . . . verum poſt multos annos dum multi alij ordines in Belgio dilatarentur,inceperunt vocari Begginæ vt dignoſcerentur ex qua ſtirpe ortæ eſſent.* Ordines vero illos in Belgio multiplicatos eſſe poſt tempora Lamberti Beghi, communi conſenſu chronologorum conſtat,qua igitur apparentia, aut quo fundamento dici poteſt , póſt quinque ſecula tandem à S. Begga nomen iſtud deriuatum eſſe , idque contra authoritatem authorũ, qui etiam eo tempore floruerunt?

26 Deinde ſuppoſitis ijs quæ author iſte dicit, Peto , quando fuerunt Andanenſes Beghinæ vocatæ cum anno 1207. antequam ordines in Belgio multiplicarentur earum Præbendæ fuerint affectæ nobilibus,vt ſupra dictum eſt , & ſaltem ab eo tempore fuerunt Canonicæ, etiãſi antea fuiſſent Beghinæ? Nimis longe iſta diſſident,vt meritô iſta opinio, quemadmodũ ſect. præced. ex archiuis Beg. Leod. dictum eſt, *tanquam ridicula & abſurda reijcienda ſit,& iam dudum à viris cordatis repudiata.* Quamuis autẽ ſupra quædã dicta ſint de Lamberto,vt magis innoteſcat

teſcat qualis fuerit, in ſupplementum hic pono narrationem R. adm. D. Auberti Miræi Decani Antuerp. relatam in Chronico ſuo Ciſtercienſi ad annum 1223. his verbis:

Multos ſanè illuſtres ſanctosq; viros Leodicenſis apud Eburones Eccleſia extulit; in quibus & Lambertus
27 *Begius, Sacerdos pius, an. ferè à Chriſto nato* CIↃ.CLXX. *multis virtutibus enituit. Erat temporibus illis Radulphus Lotharingus Leodicenſium Princeps & Antiſtes, homo ſordidus & Simoniaca labe infamis, vt qui eam ipſam ob culpam Archiepiſcopatu Maguntino excidiſſet. Fauore tamen quorundam, vt fit, Leodicenſis Præſul renunciatus, cum ſacerdotia publicè in foro ſub haſta diuenderet, ſubditis ſuis, in his & Clero, peccandi anſam atque exemplum præbuit.*

Grauiter id, nec iniuria, Lambertus ferens, totum ſe ad ſuorum ciuium ſalutem procurandam contulit. Vtq; erat facultatibus potens, eas omnes pios in vſus liberaliter impendit; atque vt ſexum vtrumque Chriſto lucrifaceret, conuentui Virorum (quos Coquinos *hodieq; Leodici vocant) à ſe* CIↃ.CL. *inſtituto, Virginum alterum adiecit, & ſuo in horto (quem amplum ad Vrbis muros habebat) ædem eximiam à fundamentis* CIↃ.CLXXIX. excitauit, & CIↃ.CLXXXII. *D. Chriſtophoro dicauit. Domicilia item diuerſa circumpoſuit, & nobiles virgines plurimas, atque honeſtas viduas eum in locum inuitauit; quæ mox ab auctore & principe* BEGIO BEGINARVM *nomen induerunt. Vtrique cùm virorum, tum mulierum conuentui (ſunt enim & hodie ſibi mutuò vicini) etſi virum optimum Ioannem Barchium Sacerdotem præfeciſſet; tamen & eos ipſe, id-*

que

Digitized by Google

que virgines potiſsimum, exercitationibus ſpiritalibus ad pietatem quotidie informabat, & ad preces pro Epiſcopi, & Cleri ſalute fundendas excitabat. Solitus etiam apud Clerum & populum Dominicis feſtiſq; diebus (nã annos ipſos x. vehementem Eccleſiaſten egiſſe reperio) de rebus diuinis verba facere, cùm aliquando in Præſulem ac Clerum acriter inuectus, multa de turpitudine Simoniacæ labis diſſeruiſſet; multorum odium atque inuidiam incurrit. Itaque cùm inſtituti huius nouitate, tum hominum ad Lambertum audiendum concurſu excitati multi, multa, vt fit, pro ſua quiſque opinione, loquebantur, variaq; in vtramque partem ſpargebantur in vulgus: Quidam vt virum ſanctiſsimum ſuſpiciebant, alij prætereuntem irridebant, nonnulli ſordibus & contumeliis appetebant. Demum Magnates aliquot è Clero, qui ſeſe ab illo non monitos, ſed læſos interpretabantur, rem ad Epiſcopum deferunt. Itaque dum conſuetum concionandi munus obiturus, ad D. Lamberti ædem primariam pergit, vt ſeditioſus & innouator, Epiſcopo conſentiente, ad Prætorij Eccleſiaſtici carcerem rapitur. Sed veriti plebis tumultum aduerſarij, ex vrbe ad arcem vicinam Reuoignenſem, facilè ſequentem abducunt. Ille innocentia fretus, recti ſe conſcientia ſuſtentabat, & ſacras in vinclis litteras tractabat; Actaque Apoſtolorum Gallicè reddidit, quæ poſt Vrbano III. P. M. obtulit. Auctor eſt Iacobus Vitriacus, vincto, vt quondam commentanti Chryſoſtomo, B. Paulum Apoſtolum ſolatium in aduerſis attuliſſe. Euenit eo ipſo tempore, Deo vindice, ædem D. Lamberti, atque Antiſtitis palatium cum adiunctis incendio conflagraſſe.

Occa-

Digitized by Google

Occaſionem huius incendij ex Hiſtorijs Leodien. narrat Lumnius: *Cum Lambertus fere duobus annis in carcere detentus fuiſſet, anno* 1185. quidam legunt 1283. *res terribilis Leodij contigit. Aprilis die* 28. (*erat eo anno Octaua Paſchæ*) *cum ſolenne Feſtum Tranſlationis S. Lamberti Leodij celebraretur, Magiſter Henricus Hugon fullo, qui etiam tintinator erat aſcenderat turrim vt tintinaret ad Hymnum Te Deum laudamus. Verum metuens ne aura frigidior articulos ad iubilum redderet tardiores, ſecum tulit vas prunis ardentibus refertum: decidens carbo ignitus, ipſo non aduertente, penetrauit per rimam tabulati in locum inferiorem, vbi erant paleæ & ligna ad concamerationem Eccleſiæ argillaceam deſtinatæ. Tintinator functus officio ſuo domum redijt. Nocte inſequente ex iam dicta ſcintilla, magnum in turri exortum eſt incendium, per Nauim Eccleſiæ aſcendens vſque ad tectum, quod incendium tempeſtas ventorum, tonitrui & fulguris ita auxerunt, vt nullus poſſet apropinquare. Statim etiam vorax flamma apprehendit Canonicorum domos vicinas, ac etiam Palatium Epiſcopi cum templis S. Petri, S. Trudonis, S. Clementis &* 11000. *Virginum cum omnibus ædibus & officinis circumiacentibus. Durabat non abſque periculo totius ciuitatis, tribus diebus incendiũ, quod delatis Huyo Reliquijs S. Domitiani quieuit.* Ita Lumnius ex hiſtoria M. S. cui conformia habent Ægidius, Vita S. Odiliæ, Lambertus paruus, Magnum Chronicon & plures alij. Ex quibus ſatis conſtat, nõ obiter, ſed ex ijs quæ eo tempore publice & communiter nota erant, ſcripta eſſe, quæ de inſtituto Beghinarum à

Lam-

Digitized by Google

Lamberto fundato, referuntur, cum tam multa particularia etiam parui momenti, in ijs reperiantur. Proſequor narrationem R. D. Miræi:

Prædixerat autem antea hæc euentura, Dei monitu, Lambertus; quo factum, vt magiæ eum aduerſarij inſimularent. Commiſſum itaque eſt Doctoribus quattuor, viris eruditis & grauibus, vt rem omnem expenderent, atque in eius vitam inquirerent. Cumq; habita diſquiſitione omnia ex ordine, cum illius verba, tum facta rectæ rationi, pietatiq; conſentanea repperiſſent; necdum pacati aduerſarij, vt à ſe virum innocentiſsimum, ſuiſque moribus contrarium amouerent, Romam ſtrictius examinandum ablegarunt. Igitur cuſtode adhibito ad Vrbem vt venit, de iniuria quæſtus apud Vrbanum III. *Pont. Max. vitæ, ſuiq; inſtituti rationem eidem candidè aperuit, & facilè comprobauit. Sicq; honorificè dimiſſus, & pro more ſuo agere, citraque impedimentum vllum in proximorum ſalutem incumbere iuſſus, cum Beginarum inſtitutum, quarum Patriarcha vocabatur, auctoritate, litteriſque ſuis (Io. Placentio teſte in Catalogo Antiſtitum Leodicen.) idem Pontifex confirmaſſet, ad ſuos in patriam, victis aduerſarijs, reuertit. Mox, vt antea, conuentui ſuo Beginarum augendo dotādoque, commonendis Sacerdotibus, & ad tuendum ſacerdotale munus cohortandis, in concionibus denique, & cæteris Chriſtianæ pietatis officijs, omne ſtudium operamque poſuit. Demum ſexto quàm ex Vrbe redierat menſe, ſanctiſsimè migrauit ad Dominum menſe Octobri* cIↃ. CLXXXVII. *conditusque eſt in æde ſacra à ſe exædificata, ante aram ſummam, honeſto tumulo, quē he-*

hodieq; religioſè viſitur. Aliorum ſententiæ de die obitus Lamberti, ſupra n. 13. ponũtur cum Ratione propter quam diuerſitas iſta oriatur. Pro veriore habeo quam habet Lumnius, obijſſe videlicet, menſe Martij 1287. quæ confirmatur ex Archiuis Beghinagij Leodienſis ſupra, n. 7. Ex dictis hac ſectione, intelligentibus ſatis patere arbitror, originem & nomen Beghinarum aſcribendam eſſe Ven. & pio Presbytero Lamberto Begho fundatore Beghinagij Leodienſis primi totius Belgij, licet hactenus pluribus locis ignotus fuerit, propter cauſam iam aliquoties indicatam, quia videlicet Beghinagia paſſim ſunt inchoata à paruis initijs, abſque communione cum Beghinis prius inſtitutis, quarum deuotionem & pietatem in ſancta ſimplicitate aliæ amplectentes, & veſtigiis Reginæ Virginũ & aliarum, quæ Regi poſt eam ſunt aductæ, inſiſtentes magis attentæ ad rem ipſam bonam & optimam, curioſæ non fuerunt ad inquirendum, à quo tales congregationes initium aut nomen habuerunt. Inquirendum ſupereſt.

SECTIO X.

An Beguinæ in Concilio Viennenſi damnatæ fuerint eiuſdem inſtituti cum Beghinis Belgicis.

1 FVIſſe alterius inſtituti videtur probari ex Bulla Ioannis XXII. data pro Bruxellenſibus anno 1318. & anno 1320. ad Ep. Camera.

quæ

quæ habet: *Cum de his mulieribus quæ Beghinæ vulgariter & communius nuncupantur fel. rec. Clementi Papæ V. præd. noſtro præcipue de Alemaniæ partibus, multa fuiſſent inſinuata ſiniſtra; præſertim quod earum aliquæ de Summa Trinitate ac diuina eſſentia diſputare ... & alia multa pericula animarum parientia facere, ſub fucato ſanctitatis velamine præſumebant, Ex quibus nec non & alijs de dictis mulieribus auditis, habens eas dictus prædeceſſor non indigna ratione ſuſpectas, ſtatum earum prohibendum duxit perpetuo, & à Dei Eccleſia penitus abolendum ... Cum autem ad Apoſtolatus noſtri auditum relatio fide digna deduxerit, eſſe plurimas in tuis ciuitate & Diæceſi huiuſmodi mulieres Beghinas ſimpliciter nuncupatas, quæ per virtutum odoramenta currentes honeſtè viuunt, deuotè frequentant Eccleſias, prælatis ſuis reuertenter obediunt; & ſe in præmiſſis diſputationibus & erroribus non inuoluunt .... ſed in ſancta & ſolida ſimplicitate viuentes, aliquæ proprias, aliquæ parentum, aliquæ conductas vel ſibi communes & cum honeſta familia, domos inhabitant; aliquæ verò rerum cogente defectu, ſimul in eiſdem domibus, & diuerſis Beghinagijs, ob maioris caſtitatis obſeruantiam, immorantur ... Nos indignum & rationi contrarium reputantes, ſi probas & reprobas ſimilis cenſura percelleret, ſcandalis etiam odijs atque periculis obuiare volentes ... mandamus ſi repereris* 2 *ita eſſe, non permittas eas. . occaſione prohibitionis huiuſmodi ab aliquibus moleſtari, &c.* Ex qua Bulla apparet Belgicas non fuiſſe damnatas, Pontifex enim non dediſſet alioqui tale mandatum.

2. Belgicæ non vocantur Beguinæ, prout damnatæ vocabantur, ſed vt habet Bulla, *ſimpliciter Beghinæ.*

3. Damnatæ vt patet in Conc. Vien. & refertur Clem. l. 3. tit. 11. nulli promittebant obedientiam: Secus vero de Belgicis modo conſtat, quæ etiam vt habet Bulla, *Prælatis ſuis reuerenter obediebant.*

4. Illæ *adhærebant Religioſis aliquibus* (vt dicitur ibidem) *ad quos earum affectio magis ſpecialiter trahebatur*, & ab ijſdem in huiuſmodi ſtatu fouebantur, & ad ipſum ſuſcipiendum inducebantur: Belgicæ autem pleriſque locis vt patet ſect. 4. & 5. habebant ab eo tempore proprios Paſtores, vel ſaltem ſuberant Rectoribus Eccleſiarum parochialium.

3 Dicendum nihilominus eiuſdem fuiſſe inſtituti, quamuis non habuerint eoſdem errores. Cum enim ex dictis ſect. 3. conſtet eo tempore omnes Deuotarias fuiſſe propriè dictas Beginas, & de damnatis dicatur quod *ſub ſanctitatis velamine pericula animarum parientia faciebant*; ſatis conſtat fuiſſe douotarias, vnde Authores damnatas deſcribunt ſicut illæ ex quibus noſtræ proceſſerunt, deſcribendæ eſſent. vt Gabriel Prateolus ſupra ſect. 3. n. 8. Card. autem Bellarm. in chronico circa annum 1299. habet: *Erant Beghinæ, Moniales, ſed abſque votis.* quales etiam noſtræ dici poſſent. Vnde etiam Lumnius pag. 254. ſcribit de damnatis: *Nomen verorum Bogardorum & Beghinarum quæ apud nos ſunt*

hinc

hinc traxerunt in alias Regiones, *vel caſu eis attributum fuit.* Obſeruandum autem 100. circiter annis poſtquam inſtitutum Beghinarum eſſet inchoatum, & nõ tantum per Belgium, ſed etiam in alijs partibus eſſet diffuſum, paſſim etiam viros deuotarios nomen Beghardi vel Beguardi aſſumpſiſſe. Et cum pium iſtud inſtitutum magna acciperet incrementa, ſatorem malorum, ab initio inuidentem ſaluti humanæ, ſeminaſſe zizania variorum errorum, etiam ſub ſpecie 4
deuotionis, vt indicat Bulla. Inter eos enim quoſdam excitauit, qui altiora ſapere volentes, & abſque fundamentis Theologiæ moralis & Scholaſticæ, myſticam ſuperare præſumentes (prout nuper quædam ſimilia apparuerunt, inter eos, qui antequam ſatis eſſent verſati in via purgatiua, quaſi per ſaltum perſuadebant ſibi, poſſe ſe peruenire ad viam vnitiuam, & induſtria ſua, vel arte quadam, in cellam vinariam Regis, (ad quam Sponſa à Rege debet introduci) quando luberet, poſſe intrare, in eaque tam perfecta & abſtracta annihilatione & vnione frui, vt memoria Dominicæ paſſionis, vel etiam ipſius Diuinitatis, imperfectionem eis allaturam ſibi perſuadebant) in varios & abſurdos inciderunt errores, Qui videri poſſunt in Concilio Viennenſi, apud S. Antonium, Aluarum Pelagium, Alphonſum à Caſtro, Gabrielem Prateolum & alios qui de hæreſibus ſcripſerunt.

Cum autem Clemens V. cui Belgicæ Be- 5

ghinæ videntur fuiſſe ignotæ,propter quorundam in Alemania errores ad ſe delatos, ſtatum Beguinarum condemnaſſet, etiam Belgicæ, quamuis ab ordinarijs locorum propter condemnationem peiori loco non haberentur; cõſtat enim poſt Decretum Clementis,& ipſo adhuc viuente, & ante declarationem Ioannis, quædam fauorabilia obtinuiſſe quibuſdam locis, vt Antuerpiæ. ſupra ſect. 5. n. 4. Ab officiarijs tamen,ſaltem ſæcularibus, occaſione dictæ condemnationis malè fuerunt tractatæ, & multas paſſæ fuerunt difficultates, quamuis erroribus non eſsent obnoxię. Quin etiã,vt notat R. D. Zypæus, omnia earum bona fiſcales ratiocinatores arripuerunt, quæ deinde vix 30. poſt condemnationem anno, integrè reſtituta ſunt,mandante Ioanne 22. anno 1322.

6 Ad Primum itaque Reſp. Ioannem dediſse mandatum ne permitterentur moleſtari, ſub conditione,vt patet ex Bulla, vt ſi præmia diligenti informatione reperirentur erroribus non eſse irretitæ, ob quos Decretum iſtud datum fuerat,non permitterentur moleſtari, *quouſque*, inquit, *de ſtatu earumdem fuerit aliter per Sedem Apoſtolicam ordinatum.* Statum itaque à Clemente damnatum,non reſtituit Ioannes, ſed ſolum mandauit, vt innocentes non permitterentur moleſtari,&c. & conſequenter Epiſcopus per Commiſſarium ſuum ordinauit, quod eædem mulieres in ſtatu pacifico & quieto,prout alias cõſueuerunt, Dño famulari permitterẽtur, *&c.*

Ad

Ad Secundum Reſp. In ijſdem litteris etiam 7
damnatas vocari Beghinas; prout Cap. Ratio recta X. l. 3. t. 10. vtræque Beguinæ nuncupantur, ita vt etiam hinc probetur, nomen Beghinæ & Beguinæ pro ijſdem habita fuiſſe, vt ſup. ſect. 9. dictum eſt.

Dicet aliquis in litteris datis ad Epiſcopos 8
de noſtratibus haberi, quod *ſimpliciter Beghinæ* vocabantur. Reſp. Vitio amanuenſium illud *ſimpliciter*, pro *ſimiliter* irrepſiſſe, vt patet ex Cap. Ratio recta eiuſdem Ioannis 22. ſup. citato.

Ad Tertium, Patet ex dictis ſect. 3. Beghinas 9
initio non ſolere vota emittere, ſed ſucceſſu temporis ea eſſe introducta.

Ad 4. Quamuis Belgicæ Beghinæ plæriſque 10
locis haberent Paſtores, adhæſiſſe tamen etiam quibuſdam Religioſis indicatur ex Archiuis Cap. Antuerp. ſup. ſect. 3. n. 7. vbi vni datur legatum *tam diu ac vixerit de conſilio fratrum Prædicatorum.* Deinde non omnes habuiſſe, neque etiamnum vbique habere proprios Paſtores, quin & aliquibus locis adhuc ſubeſſe directioni Religioſorum, prout Gandaui PP. Prædicatoribus, ſatis notum eſt.

Quamuis autem, vt ex dictis patet, in Diplo- 11
matibus Pontificum aliquoties legatur *ſtatus Beghinarum*, dubitatur à nonnullis, an inſtitutũ iſtud ſtatus dici poſſit; ex eo enim quod Ioannes 22. Cap. Ratio recta. dicit: *Ceterum ſtatum Beghinarum eiuſmodi quas eſſe permittimus, nullatenus*

 ex præ-

Digitized by Google

ex præmiſſis intendimus approbare : colligitur apud Molanum in Natalibus 6. Ianuarij : *Non enim eſt ſtatus , vnde quacumque hora ad nuptias conuolari poteſt.* Deinde vt habet D. Thom. 22. q. 183. art. 1. *Status propriè loquendo ſignificat quandam poſitionis differentiam , ſecundum quam aliquid diſponitur ſecundum modum ſuæ naturæ, quaſi in quadam immobilitate.* Et infra : *Vnde & circa homines ea quæ de facili circa eos variantur & extrinſeca ſunt , non conſtituunt ſtatum.* Cum itaque, vt habet Author Palatij pag. 77. *propria eſſentia fundationis Begginarum , ſit ſolum temporale propoſitum vel promiſſionem facere* , &c. per quod non poſſunt dici diſponi in quadam immobilitate, cum temporale propoſitum mobilitatem inuoluat, adeoque de facili variari poſſit , videntur, ſtatum habere, dici non poſſe.

12 Sed contra eſt, quod Pontifices eis abſolutè ſtatum aſcribant. Clemens enim 5. C. Cum de quibuſdam lib. 3. t. 11. *Statum earumdem perpetuô duximus prohibendum . . . Ne ſtatum huiuſmodi dudum forte ab ipſis aſſumptum ... Religioſis per quos eædem mulieres in huiuſmodi Beguinagij ſtatu ſoueri ... ne mulieres prædictum ſtatum dudum aſſumptum ſectantes,* &c. Ioan. 22. C. Ratio recta. cit. & in Dip. ad Ep. Cam. *Quouſque de ſtatu earumdem fuerit aliter per S. A. ordinatum.* Accedunt aliquot Epiſcopi. Ioannes Ep. Leod. anno 1283. *quod ſtatus Beginagij S. Chriſtophori iuxta Leodium in quiete boni propoſiti quo verius initiatus eſt* , &c. Similia habet Hugo Ep. anno 1296. Adulphus in di-

in diuerſis litteris datis anno 1315. *Statum ſiquidem earumdem* 1325. ſup. ſect. 2. n. 9. Petrus Ep. Cam. anno 1323. *in ſtatu pacifico & quieto... permittantur*, &c.

Dicendum itaque, Beghinas ſtatum habere. 13
Et ad obiecta Dico; Etiamſi Pontifex dicat ſe non intendere ſtatum Beghinarum approbare, ideo tamen non negat eſſe ſtatum. Vnde quod in Molano apponitur, ex eo non ſequitur. Deinde quacumque hora & de facili fieri poſſe, dici non poteſt illud, quod etiam ab alterius voluntate pendet, vt nuptiæ. eadem enim ratione Viduæ dici poſſent, non habere ſtatum, quæ tamen honeſtius & magis feliciter, ſaltem vulgi opinione, adeoque facilius, ad nuptias redire, quam Beghinæ ad eas conuolare poſſunt, ideo tamen vidualis ſtatus non deſinit eſſet ſtatus.

Ad oppoſita ex D. Thoma dico, Beghinas 14
ſufficienter diſponi in quadam quaſi immobilitate, etiamſi non abſoluta (qualem non requiri indicat D. Thomas ibidem, quando dicit: *non ex aliqua cauſa leui vel de facile mutabili*) per firmum videlicet propoſitum, quod meritò ſupponitur, neque præſumitur aliquas tam leui & indeliberato animo inſtitutum iſtud amplecti, vt intendant ſolum ad tempus in eo manere, ſed omnino, (præſertum cum iam ex inſtituto Reu. D. Hauchini, paſſim recepto, ritu & benedictione quaſi ſolemni inſtitutum iſtud auſpicentur, ordinariè conuocatis etiam

 cogna-

cognatis & amicis tanquam teſtibus,qui æpulo velut ſponſalitio ſolemnitatem obfirmant) oſtendunt ſe perpetuô in eo perſeuerandi propoſitum habere, etiamſi attenta fragilitate ſua, vel conſiderando quod in futuro caſus occurrere poſſet, quo ſibi vel familiæ,vel alia de cauſa,conſultius prudenti iudicio videretur(prout etiam in quibuſdam caſibus Summus Pontifex aliquando cum Monachis & Monialibus diſpenſauit) vt relicto Beghinagio Matrimoniũ inirent. Deinde, in firmo iſto propoſito,quod à libertate ipſarum pendet, reperiri immobilitatem, quæ ad ſtatum ſufficiat,colligitur ex eo quod etiam ſtatus gratiæ non deſinat dici ſtatus,prout Theologi communiter loquuntur, etiamſi homo libera ſua voluntate eum deſerere poſſit. Verum hic aduertendum,vitæ conditiones magis propriè dici eſſe ſtatus, quo plus habent immobilitatis, ita vt ſecundum maiorem, vel minorem immobilitatem, maiorem habeant rationem ſtatus, & magis propriè ſtatum habere dici poſſint. Sed quæ ſunt ampliora videamus.

SECTIO XI.

Beghinarum inſtitutum eſſe laudabile, multa priuilegia ijs conceſſa; habituras etiam aureolam in æterna beatitudine.

1 IN præcedentibus ſatis dictum eſſe arbitror de origine & nomine Beghinarum & Beghinagio-

nagiorum. inſtitutum ſanè valde conueniens, ne dicam neceſſarium Eccleſiæ, ſaltem in his partibus, de quibus dicere licet, vt ſcribit Ioannes Nyder in Formicario l. 1. c. 4. de Lindaro in Diœceſi Conſtantienſi, quod etiamſi non ſint viniferæ, ſunt tamen multum virginiferæ; addo, puelliferæ. Obſeruant enim quidam cu- 2
rioſiores, aliquibus locis ſextuplo vel ſeptuplo, ne dicam amplius, quam maſculos, eſſe puellas, quibus certè, ſublata per legem Chriſti polygamia numerus impar eſt, omnibus coniugandis. Et etiamſi non eſſet impar, plurimis amore ſponſi cæleſtis & æternæ beatitudinis, amor caſtitatis occupat animum, aliquibus ex naturali complexione aut corporis diſpoſitione alienus & animus à Venereis; quibus omni- 3
bus ad Monaſteria non patet aditus, neque vacat locus. Deinde in ſexu fragili plurimæ repeLiuntur, quibus ingenium, facultates, vires, voluntas deſunt: aliæ, etiamſi in prælijs caſtitatis in præſenti ætate facilè ſuperiores hactenus euaſerint, metuunt, ne creſcente ætate, maiorem patiantur difficultatem, vel aliqua rei familiaris neceſſitas poſtea occurrat, quæ Matrimonium ſaluti vel conditioni earum magis conuenire ſuadeat. Aliæ à familiaribus neceſſarijs detinentur in mari magno & impediuntur, quo minus arctius vinculum clauſtrale, quaſi portum quendam ſubintrent, & tempeſtates declinent: neque etiam in ſeculo anchoram figere poſſunt, dum attenta fragilitate conditionis &

4 complexiones ſuæ , inter mundanas varietates
& tempeſtates, non ſine ratione metuunt con-
tinuô naufragium, etiam deliberatiſſimi boni
propoſiti ſui. Talibus igitur ſit locus refugij, &
portus conueniens,Beghinagium, in quo vt lo-
quitur Nicol. Ep. Cam. in lit. datis Mechl. an.
1259. *conſermi collegio, ſub vigili cuſtodia , ac loci*
5 *clauſura,eo ſecurius, eoque fructuoſius Deo ſeruire va-
leant,quo à mundi ſtrepitu & hominum conſortio,ſunt
ſegregatæ. Humani enim generis conditor* (vt ſcribit
Guiliel. itē Cam. Ep. anno 1287.) *& Redemptor
ex alto proſpiciens,in ſexu femineo quaſdam mulieres
ſub regulari diſciplina , nonnullas verò proprio motu,
ſine coactione regulæ , ſub honeſto habitu,in congrega-
tione Beghinagij viuere,per infuſionem gratiæ S. Spiri-
tus,ordinauit , vt ſic Altiſſimo in ſexu fragili caſtè &
prouide ſeruientes, æternitatis ſuæ gloriam merentur.*
Si quibus itaque Beghinis animus aſpirat ad
vitam , ad quam pertingere non poſſunt Reli-
gioſam ; in Beghinagijs proxime ad eam acce-
dunt,& vitam quaſi monaſticam vel ſolitariam
inſtituere poſſunt. In caſtitate enim,etiamſi
6 inſtitutum ſolum requirat propoſitum;voto il-
lud firmare,& non minoris meriti,quam aliqui
in Monaſterijs,illud efficere poſſunt. Ad exer-
citia obedientiæ Regulam & votum habent,
adeoque non deerunt obiecta , licet non tam
frequentia,quam in Monaſterijs. Et hoc qui-
dem non inconuenienter genio huius patriæ,
in qua multa (plura in Hollandia & Zelandia)
inueniuntur ingenia,quæ libenter in exercitijs
præ-

Digitized by Google

præſertim pietatis, aliquouſque in ſuo ſenſu a- 7
bundant & libertatem quandam affectant, ita
vt abſq; Calcaribus ſtrictioris obligationis, fa-
cilius ducantur, adeoque maiori affectu, in-
tentione & deuotione ſæpe exequantur ea quę
ex libertate ipſorum pendent, quam ea ad quę
voto vel iuſſu Superioris adiguntur; qua ratio-
ne contingere poteſt, vt eadem opera libera
voluntate facta, maioris fiant meriti, quam ea 8
quæ ſolum ex arida quadam conſuetudine &
cum tædio ex voto vel obedientia peraguntur.
Exercitium paupertatis ex animo volentibus
facillimum eſt. Diuitiæ ſi affluant, cor non ap-
ponant, diſpergant dent pauperibus, obuijs
manibus acceptabunt; de cetero, ipſæ labore
manuum & in ſudore vultus ſui, veſcantur pa-
ne ſuo; & ſi diligentia ſua efficere poſſint, vt
aliquid ſuperſit, tribuāt neceſſitatem patienti.

Amicis autem & neceſſarijs adeſſe & ſuc-
currere poſſunt: Si vxor infirma vel maritus, 9
vxore cum paruulis & lactentibus plus ſatis
occupata, atque, *vbi non eſt mulier*, ſicut *ingemiſcit
egens*, Eccli. 36. ita ſæpe multo magis æger, &
tamen ſicut *de veſtimentis procedit tinea*, ita *à mu-
liere* extranea præſertim, *iniquitas viri*, Eccli. 42.
cuius periculum in coualeſcentibus à longo
morbo ſubinde ſolet maius eſſe, quænam ſecu-
rius adhiberi poterit, quā germana quæ eſt Be-
ghina? Si pater, ſi mater, ſi frater, ſi ſoror infir-
mitatibus opprimātur, prẹſto erit filia vel ſoror
Beghina, quæ pietatem erga parentes obſequio
tam

tam quo ad corpus quam animam ex animo (clauſtralibus hoc negatur) teſtabitur. Ex Officijs Marthæ exercitijs Mariæ permixtis, duplũ talentum reportabit, quod etiam obtinebit, ſi orphanorum ex neceſſarijs relictorum curam, (quæ præſertim puellis debetur, quibuſque à nemine ſecurius impendi poteſt quam à amita vel matertera Beghina) habuerit. Si & ipſam inopia infirmitate vel ſenectute grauari contigerit; etiamſi defuerint media, non deerunt remedia. Infirmariæ in omnibus Beghinagijs

10 infirmis, ſenibus, indigentibus ſunt refugio, ſolatio, ſubſidio, ijs ſingulari Dei Beneficio paſſim ita prouiſum eſſe exiſtimo, vt defectus prouentuum nunquam querelæ locum dederit. Plura alia iſtius inſtituti commoda poſſent recenſeri, quæ ipſis experientia magis notæ ſunt; inter quæ primum locum merito obtinent earum deuotio & exercitia pietatis in Deum & ſponſum animarum ſuarum, qua, vt Adulphus Ep. Leod. ſup. ſect. 2. n. 9. habet: *mundam & immaculatam apud Deum & Patrem religionem ſectantes, nedum immaculatas ab hoc ſeculo ſe cuſtodire ſatagunt; ſed & pupillos & viduas in ſuis tribulationibus viſitantes, nunc ſe diſciplinis afficiunt, nunc orationum inſtantia Deum placant*, &c. quorum intuitu, etiamſi à Sede Apoſtolica inſtitutum

11 iſtud approbatum eſſe, (prout aliqui Scriptores ſect. 9. tradiderunt) probari non poſſit; (quia vt omnino veriſimile eſt, in memorabili illa euerſione Leodienſi anno 1212. de qua

ſect.

ſect. 6. n. 12. litteræ Apoſtolicæ perierunt & Ioannes 22. Cap. Ratio recta. ſup. cit. ſtatum Beghinarum, quas eſſe permittit, nullatenus intenderit approbare, adeoque quod in Præfatione Regulæ Beginagiorum Diœceſis Mechlinien. legitur, Ioannem 22. & Benedictum 12. Beghinarum virtuoſos mores viuendi approbaſſe, propriè & de inſtituto earum intelligendum non videatur) probatum tamen fuiſſe, & à pluribus Epiſcopis & Principibus laudatum & multis priuilegijs dotatum, ex varijs munimentis probari poteſt. Aliqua hîc refero. Innocentius 4. anno tertio pont. ſui in litteris datis, *Dilectis in Chriſto filiabus virginibus, continentibus,* 12
caſtitatem Deo vouentibus per Theutoniam conſtitutis (quas Beghinas eo tempore fuiſſe nominatas, ex dictis ſect. 3. ſatis conſtat) valde honorificè ſcribit ſequentia. *Gloriam virginalem & caſtimoniæ decus, ſine qua nemo ad viſionem Dei poterit peruenire B. Dei genitrix virgo ſemper Maria prima mortalium Domino conſecrauit, Quæ dum cœleſtis vitæ propoſitum tenuit, ad diuinitatis fœdera patribus repromiſſa, peruenit. Vobis itaque, poſt odorem vnguentorum Reginæ Virginum, tantæ perfectionibus imitationem quærentibus, in eo, quem genuit, cuius nomen vnguentum effuſum exſtitit; vt ipſum diligatis adoleſcentulæ congaudemus: firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod dum carnis ſpurcitijs abdicatis, in diſciplina morum, profectuque virtutum, humanæ conditionis iura tranſcenditis; expectatione modica laborantes, ad ſponſi cœleſtis æterna gaudia pertingetis. Quia*
igitur

igitur felicitatis huius ineffabile præmium, modò inchoantibus repromittitur, ſed perſeuerantibus in conſummatione præſtatur; Vniuerſitatem veſtram monemus, rogamus & obſecramus attentius in eo qui pudicitiæ zelator, & vltor eſt iniuriæ, obteſtantes vt continuetis finem principio; veſpertinum ſacrificium matutino: ſcientes quia zelotypus eſt Ieſus, & aliquem ſibi præferri non patitur, qui certo fœdere pollicetur diuinitatis ſuæ participium ſponſæ ſuæ, ſi ei perſeuerauerit; & damnationis ſupplicium, ſi fidem primam fidem fecerit irritam, comminatur. Verum quia nos, qui licet indigni Vicarij eius ſumus, agonem, veſtrum non ſolum votis, ſed etiam Apoſtolici prærogatiua fauoris, & ſpecialis gratiæ munere proſequi pro Ieſu Chriſto ſponſo veſtro debemus, perſonas veſtras, & bona veſtra, ſuo B. Petri & noſtra ſpeciali protectione ſuſcipimus, &c.

Ex hac Bulla quidam colligunt Beghinas olim fuiſſe ad perpetuam caſtitatem obligatas, verum attentius eam intuenti, hoc non ſequi ſatis apparet, cum data ſit virginibus, continentibus, caſtitatem Deo vouentibus, diuiſum non autem coniunctim. Non inconuenienter enim etiam illis Virginibus & continentibus, quæ ſolum habent propoſitum caſtitatis, abſque voto, prædicta proponi poſſunt, etiamſi non æque ipſis concernant, ſicut ijs quæ caſtitatem vouerunt.

Idem Pontifex ſpecialibus litteris datis pon-
13 tif. ſui anno 2. Magiſtris & Sororibus Beghinagij oppidi de Dieſt, perſonas earum & locum, cum omnibus bonis, &c. ſub protectione S. Petri

Petri & ſua ſuſcepit, prout etiam Bruxellen. an. 1247. & Mechlinien. 1245. Plures ſimilis litteræ datæ ab Alexandro 4. (qui etiam anno 1258 14
approbauit priuilegium quo Henricus Epiſco. Leod. Beginas Leod. exemit à Tallijs & impoſitionibus) Ioanne 22. Clemente 6. Vrbano 4. Benedicto 12. Paulo 2. Martino 5. & alijs Pōtificibus in diuerſis Beghinagijs ſuperſunt. Multi item Cardinales pro affectu ſuo erga hoc inſtitutum, ſecundum facultates ſuas, Indulgentias conceſſerunt.

De Epiſcopis qui inſtitutum iſtud laudarunt 15
& fouerunt & priuilegia conceſſerunt hac ſectione n. 4. quædam dicta ſunt. ijs addo Radulphum Ep. Leod. (ſub quo Lambertus Beghus floruit) qui etiam nomen Patriarchæ Beghinarum ſibi aſcripſit, prout ſe vidiſſe in antiquis litteris priuilegiorum, teſtatur quondam Ven. D. Wilhelmus Michaelis Paſtor Beginagij Tungrenſis apud Lumnium in M. S. Item Nicolaum Ep. Cam. qui anno 1259. Mechli-
nienſibus attribuit *bona emeritis quibuſdam Sacer-* 16
dotibus in Meçhlinienſi oppido huc vſque, inquit, *conceſſa.* prout Guilielmus prædeceſſor anno 1247 *Omnia bona mobilia & immobilia ſpectantia ad quandam fraternitatem ſacerdotum de Antuerpia & de iuxta Antuerpiam, aßignauit ad* curiam Beghinarũ Antuerp. Bredæ ſuperſunt litteræ quarum tenor eſt: *Henricus Dei gratia Leod. Ep. Dilectæ in Chriſto nouellæ congregationi Beghinarum in vna curti apud Breda commorantium, ſalutem & ſponſum appre-*

apprehendere, quem ſequuntur. Piæ veſtræ deuotioni congaudentes, qua ſeculi vitando contagia, ſanctæ conuerſationis inſignia ſuſcepiſtis, vt ſponſo cœleſti tantummodo placeatis, ea volumus pari veſtræ prouidere cautela, quod obſequijs vacando diuinis, ſpiritus vnitatem ſeruare poſſitis. Authoritate igitur, qua fungimur, locum veſtrum cum perſonis in eodem commorantibus, ſub B. *Lamberti ac noſtra protectione ſuſcipimus*, &c. Datum 1270. Tædioſum eſſet, ſingulas quæ paſſim ſuperſunt ſimiles, proferre.

Ad Principes quod attinet, Ioannes 1. Dux
17 Brabantiæ aliqua Beghinagia auxit, plura in ſuam tutelam accepit, Ex vno exemplari, dato anno 1274. hæc pono: *Ne vineam Domini Sabaoth congregationem Beginarum in Lyere demoliantur vulpes, aut ferus diſſipet ſingularis; nos ſcientes, quod in hoc ſalutem animæ noſtræ operamur, & per conſequens, vitam nobis adducimus longiorem, ſi laudabilia eiuſmodi opera ſeu plantationem, à beſtiarum incurſu vel impetu cuſtodiamus, ſeu facimus cuſtodiri; eam accipimus in noſtram defenſionem & protectionem, ſtatuentes, volentes & mandantes, vt nullus hominum terræ noſtræ... aliquam moleſtiam irrogare præſumant*, &c. *mandantes omnibus baliuis, Villicis & officialibus terræ noſtræ, vt dictum locum cum perſonis ibi Deo famulantibus, in deuotione & reuerentia habeant... moleſtatores vel grauatores poteſtate noſtra celeriter & viriliter compeſcendo, ſic quod ipſæ Beghinæ in pace permaneant, & nobis exinde gaudia perueniant ſempiterna*, &c. Similiter eas accepit in ſuam protectionem Ioannes 2. & Lirenſibus, *omnem talliam;*

exa-

exactionem, acciſiam, & omne ſeruitium quodcumque 18
pecuniarium nobis noſtriſque ſucceſſoribus faciendum, inquit, *remittimus & penitus relaxamus, ac ipſas ſuper huiuſmodi ſeruitijs quitas clamamus, ac penitus abſolutas, volentes quod libertate alijs Beghinis terræ noſtræ à nobis conceſſa, gaudeant.* Ioanna Duciſſa anno 1380. priuilegia à patre ſuo & prædeceſſoribus conceſſa confirmauit, ſicut etiam Philippus Dux Burgundiæ anno 1441. De Maria Brab. Duciſſa ſect.4.n.26.& ſect.5.n.9.dictum eſt. De Henrico & Aleyde ſect.4.n.20. De Maria Regina Franciæ eorum filia, ſect.4. n.8.

Non minore affectu Beghinas proſecutæ 19
ſunt Comites Flandriæ. Plura Beghinagia à Ioanna Conſtantinopolitana & Margareta eius ſorore fundata ſect. 4. & 5. patet. Prout etiam de Domino Henrico de Breda, qui litteris datis anno 1266. Beghinas de Breda *quitas* clamauit *ab omni iure & ſeruitio, quod,* inquit, *nobis huc vſque dare conſueuerunt.* Sophia Mechlinienſis eius vidua *Manſionem* ſuã *contiguam curti Beghinarum Mechlinien. de nouo plantatæ, prout tam muris quam foſſatis* erat *firmata cum fundo,* &c. *Beghinis ægrotantibus & debilibus, ac etiam magis pauperibus & indigentibus, in puram elemoſinam contulit* anno 1276. De D. Arnoldo de Dyſt & alijs eadẽ ſect. 4. & 5.dictum eſt, ut taceam de S.Ludouico Rege Franciæ ſect.6.n.8. & alijs.

Aduertendum hic, quam temerè, in tabula 20
quadam (nuper Bruxellæ euulgata) ab authore Palatij, vt ſatis apparet, fabricata, in qua inter

ter 18. rationes quæ ex innumeris, vt iactat author, breuitatis cauſſa omiſſis producuntur, ad probandum S. Beggam eſſe fundatricem Beghinagiorum, 13. habet: *Principes, qui ſcientes ex prædeceſſore ſua S. Begga talem modum viuendi ortum eſſe, multas curias fundarunt, ſollicitè protexerunt . . . priuilegia conceſſerunt,* &c. Quam temere, inquam, hoc dicatur, patet, cum inter tam multas litteras Principum quæ ſuperſunt, ne quidem ſemel nomen S. Beggæ reperiri poſſit. Intelligit fortè Author, Principes hoc ſciuiſſe extranaturali quodam inſtinctu, & ita ſupervirtualiter & ſubtiliter, vt ipſi non potuerint exprimere, nec alij legere. Sed aliquid magis ſerij examinandum,

21 An Virgines Beghinæ quatenus tales, etiam habebunt Aureolam in æterna Beatitudine? Dubiam hanc quæſtionem facit, quod inſtitutum Beghinarum non requirat votum aut propoſitum perpetuę caſtitatis, ſed ſolum pro tempore quo erunt Beghinæ; adeoque vt ſcribit author Palatij pag. 77. ſolum temporale propoſitum caſtitatis. Neque enim, vt quidam voluerunt, aureola debetur actui virginitatis (vt loquuntur Theologi) cum detur propter ſpecialem aliquam rationem certaminis & victo-

22 riæ: Vnde infantibus, (in quibus virginitas non eſt virtus, ſed ſolum conditio ætatis) & virginibus quæ cum propoſito matrimonij ineundi decedunt, Theologi aureolam negant, quamuis aliquod gaudium propter integritatem carnis

nis eis concedant,ſicut etiam aureolam conce-
dunt virgini quæ violentiam paſſa,etiam pepe-
rit. Alij verò,in alio extremo,dicunt deberi au- 23
reolam ſtatui virginitatis & non actui,ita vide-
licet, vt illæ tantum aureolam virginitatis ſint
habituræ,quæ voto ſe obligarunt ad virginita-
tem perpetuo ſeruandam.

Verum communis DD. eſt ſententia,ad au- 24
reolam conſequendam ſufficere propoſitum
perpetuô virginitatem conſeruandi, ſiue pro-
poſitum voto firmatum fuerit ſiue non. *Ita D.
Thomas in 4. d. 49. a. 3. & habetur in Supp. q. 96.
a. 5. Toſtatus in Matthæi c. 13. q. 19. Viguerius
c. 14. & plures Recentiores.* Vt itaque Beghinæ
Virginum aureolam conſequantur,non ſufficit
propoſitum illud temporale, quod Author pa-
latij de eſſentia iſtius inſtituti eſſe ſcribit, ſed
requiritur, vt habeant propoſitum perpetuô
virginitatē conſeruandi, quod ſufficere adeoq;
non requiri,vt voto firmetur, quemadmodum
aliqui ſuſtinent,probat D. Thomas, *quia meri-
tum omne actui virtutis debetur à charitate impera-* 25
*to: virginitas autem ſecundum hoc ad genus virtutis
pertinet, ſecundum quod perpetua incorruptio mentis
& corporis, ſub electione cadit.* Per propoſitum
autem *aliquis ex pari voluntate poteſt virginitatem
ſeruare* non vouens, *ſicut aliquis alius vouens*, &
Laureolam exſpectare, ſi in fine in ea volun-
tate reperiatur, etiamſi voluntas illa & propo-
ſitum fuerint aliquoties per voluntatem nu-
bendi,aut etiam per peccatum,interrupta, aut

virginitas, citra copulam carnalem, aut voluntariam pollutionem, vel contactus voluntarios qui in natura ſana, neceſſariô pollutionem excitarent, fuerit aliquando non irrecuperabiliter, amiſſa. Verum ſicut coronæ beatitudinis erunt diuerſæ, ſicut *ſtella differt à ſtella in claritate*, ita etiam aureolæ aliæ alijs magis eluceſcent, prout virginitas, cui dabuntur in præmium, per maiorem receſſum à virginitatis contrario, magis ſollicitè & maiori puritate fuerit conſeruata.

26 Mactè animo, macte virtute caſtitatis, virginalis exercitus Beghinarum, ita propter multitudinem vos appellare liceat: etiamſi clauſtris Regularibus non ſitis munitæ, non deeſt vobis occaſio, merita multis Regularibus paria adipiſcendi; tanto maiori alarcitate, cum antiquo ſerpente pugnate, ab ijs, quæ huius mundi ſunt intentiore, ſollicitudine cor abſtrahite & blandimenta carnis attentiore vigilantia fugite, quanto maiori libertate, non ex triſtitia aut neceſſitate, inſtituto veſtro adhæretis. Aſpicite ad propoſitas vobis coronas, quæ incipientibus promiſſæ, perſeuerantibus vſque in finem, à Ieſu ſponſo Virginum, aureolis exornatæ, imponentur. Reginam Virginum habetis inſtituti veſtri anteſignanam, *Sit vobis*, ait S. Ambroſius, *tanquam in imagine deſcripta* eius *virginitas & vita, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis & forma virtutis.*
27 In Catharina, Margareta, Agnete & alijs SS. virginibus quas ab initio

tio in patronas elegiſtis , non deſunt virtutes, quas corde magno, & animo volenti ac ſpiritu Principali æmuletis. In S. Vidua & Principe 28
Begga cuius nomen referre videmini, etiam reperietur quod imitemini, vt quamuis illam tanquam fundatricem habere non poſſetis, ſi & illam ſaltem in patronam aſſumere libet, abſque curioſo nouitatis affectu, in ſimplicitate cordis, eam prædictis adijcere priuatim licet; vt publicè verò, accedat oportet authoritas ſuperiorum, quo omnia debitè & ſecundum ordinem in Eccleſia fiant, & in hac terra aliena tali concentu à virginibus canatur canticum Domini, vt in monte Sion., Canticum nouum Agno poſſint cantare, & *cum eo in perpetuum, præ cunctis fidelibus, etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi cæteri canticum audire poſſunt, licet dicere nequeant: quia per charitatem quidem in illorum celſitudine læti ſunt, quamuis ad eorum præmia non aſſurgant. Greg. 3. part. paſt. adm. 29.*

Digreſsio ad Notas quibus Declaratio Veridica illuſtratur.

HÆc ſunt quæ de hac materia hactenus tã obſcura è tenebris eruere potui. Si quibus nõ placeãt, rogo, vt ſi clariora habeãt, exhibeãt. Interim, vt ea quibus aliqui Neoterici inſtitutum & nomen Beghinarum S. Beggæ aſcribere, ac nomen Venerabilis Lamberti Beghi traducere, eique debitum honorem obſcurare cõtẽdũt, intelligãtur, Edita magnifico titulo *Dec. Ver. Cenſura ac Præſidio Ill. D. Archiep. Mechl.* nec

non Reuerendiſs. aliorum eiuſdem Metropolis Epiſcoporum ſubmiſſæ, notis quibuſdam illuſtrare operæ pretium exiſtimaui. Ne autem contingat me, illuſtrare ea quæ non ſunt, atque ſi aliter me Declarationem illam intelligere contigerit, quam author intendat (prout ipſe ſæpius ſatis inconſideratè Diſputationem Hiſtoricam oppugnat) Lector aduertere poſſit, diſtincto charactere eius verba apponam. Conqueretur fortè author, quod non omnia ad longum poſuerim. Verum cum Exemplaria publicè venalia ſint, ex ijs Lector qui magis curioſus erit, reliqua petere poterit. ſufficiat authori, quod ea quæ illuſtrare intendo, apponã, quod ipſum in refutanda diſputatione detrectaſſe in progreſſu patebit: prout etiam illos deceptos eſſe, quibus perſuaſum eſt (fortè ab ipſo authore) iſtam Declarationem adeo ſolidam eſſe, vt nihil ei contradici queat, dum vix vnus § reperietur, qui non patiatur aliquam annotationem. Sit itaque

SECTIO XII.

De inſtitutione Feſti S. Beggæ ſub titulo fundatricis Beghinarum.

1 Magnificè & ſpecioſè incipit:
Cum *SanctoGregorio Magno* teſte *ho. 26. in Ezech.* Spiritus ſanctus paulatim Eccleſiam ſuam doceat; mirum cenſeri non debet, ſuccedentibus ſæculis vel fidei aliqua myſteria celebriùs innoteſcere, vel veterũ aliquot ſanctorũ cultũ ſolemniùs efflorefcere.

Val-

Valde feliciter : Extant paſſim 22. hom. S. Gregorij in Ezech. vbi reperta ſit 26. ignoro. Si ſit error Typographi, ille ſaltem in prima linea non debebat ſuſtineri ; & pro honore tanti Patris , debuiſſet eius verba ponere, quia quæ hîc ponit , difficulter in operibus S. Gregorij reperientur. Signum quod neglectis fontibus alibi ex riuulis iſta hauſit. D. Gregorius Hom. 16. deducit Moyſi plura innotuiſſe quam Abrahæ : Pſalmiſtam & prophetas plus quam Moyſen diuinam ſcientiam accepiſſe : Apoſtolos verò plus quam prophetas de diuina ſcientia nouiſſe; *ac quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ ſciantiæ aditum largius aperiri.* Verum an ex eo ſequatur & vere dici poſſit, quod etiam tempore Noui Teſtamenti *Spiritus S. paulatim Eccleſiam ſuam doceat* , ſubtilioribus Theologis examinandum relinquo. Conſtat enim explicationem fidei à lapſu generis humani nunquam habuiſse neque habituram eſse in Principibus populi perfectiorem ſtatum, quam habuit eo tempore quo lex gratiæ cæpit prædicari, Prout clarè docet & probat Reuer. D. Malderus Epiſc. Ant. ad 2. 2. q. 1. a. 6. & ſeq. contra quoſdam qui dixerunt tempore S. Franciſci vel S. Benedicti fidei cognitionem in Eccleſia fuiſse ampliorem quam tempore Apoſtolorum. 2

Interim nemo ignorat ſecundum fidem Orthodoxā Sanctos cum Chriſto regnantes omni honore dignos eſse, per eorumque interceſſio-

non Reuerendiſs. aliorum eiuſdem Metropolis Epiſcoporum ſubmiſſæ, notis quibuſdam illuſtrare operæ pretium exiſtimaui. Ne autem contingat me, illuſtrare ea quæ non ſunt, atque ſi aliter me Declarationem illam intelligere contigerit, quam author intendat (prout ipſe ſæpius ſatis inconſideratè Diſputationem Hiſtoricam oppugnat) Lector aduertere poſſit, diſtincto charactere eius verba apponam. Conqueretur fortè author, quod non omnia ad longum poſuerim. Verum cum Exemplaria publicè venalia ſint, ex ijs Lector qui magis curioſus erit, reliqua petere poterit. ſufficiat authori, quod ea quæ illuſtrare intendo, apponā, quod ipſum in refutanda diſputatione detrectaſſe in progreſſu patebit: prout etiam illos deceptos eſſe, quibus perſuaſum eſt (fortè ab ipſo authore) iſtam Declarationem adeo ſolidam eſſe, vt nihil ei contradici queat, dum vix vnus § reperietur, qui non patiatur aliquam annotationem. Sit itaque

SECTIO XII.

De inſtitutione Feſti S. Beggæ ſub titulo fundatricis Beghinarum.

1 Magnificè & ſpecioſè incipit:

Cum *SanctoGregorio Magno* teſte *ho. 26. in Ezech.* Spiritus ſanctus paulatim Eccleſiam ſuam doceat; mirum cenſeri non debet, ſuccedentibus ſæculis vel fidei aliqua myſteria celebriùs innoteſcere, vel veterū aliquot ſanctorū cultū ſolemniùs efforeſcere.

Val-

Valde feliciter : Extant paſſim 22. hom. S. Gregorij in Ezech. vbi reperta ſit 26. ignoro. Si ſit error Typographi, ille ſaltem in prima linea non debebat ſuſtineri ; & pro honore tanti Patris , debuiſſet eius verba ponere, quia quæ hîc ponit , difficulter in operibus S. Gregorij reperientur. Signum quod neglectis fontibus alibi ex riuulis iſta hauſit. D. Gregorius Hom. 16. deducit Moyſi plura innotuiſſe quam Abrahæ : Pſalmiſtam & prophetas plus quam Moyſen diuinam ſcientiam accepiſſe : Apoſtolos verò plus quam prophetas de diuina ſcientia nouiſſe; *ac quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ ſciantiæ aditum largius aperiri.* Verum an ex eo ſequatur & vere dici poſſit, quod etiam tempore Noui Teſtamenti *Spiritus S. paulatim Eccleſiam ſuam doceat* , ſubtilioribus Theologis examinandum relinquo. Conſtat enim explicationem fidei à lapſu generis hu- 2
mani nunquam habuiſse neque habituram eſse in Principibus populi perfectiorem ſtatum, quam habuit eo tempore quo lex gratiæ cæpit prædicari, Prout clarè docet & probat Reuer. D. Malderus Epiſc. Ant. ad 2. 2. q. 1. a. 6. & ſeq. contra quoſdam qui dixerunt tempore S. Franciſci vel S. Benedicti fidei cognitionem in Eccleſia fuiſse ampliorem quam tempore Apoſtolorum.

Interim nemo ignorat ſecundum fidem Orthodoxā Sanctos cum Chriſto regnantes omni honore dignos eſse, per eorumque interceſſio-

nem plurima gratiarum dona hominibus concedi, quæ alias non conſequerentur.

Certum etiam eſt, Deum ſubinde ſecundum beneplacitum ſuum, aliqua myſteria, vel cultũ aliquorum Sanctorum, qui antea quaſi incogniti latuerant vel quorum veneratio intermiſſa fuerat, miraculis, reuelationibus, vel alijs modis ita palam facere, vt cultu publico Eccleſiæ celebranda proponantur. Ita olim vt benè annotauit Declar. Verid. ſancta Theophoriæ feſtiuitas ab Vrbano 4. inſtituta. Prout etiam Transfigurationis à Caliſto 3. publicatæ. Conceptionis B. Virginis, tempore Concil. Baſilien. Viſitationis ab Vrbano 6. occaſione certorum miraculorum fuere inſtitutæ. Purificationis anno 542. occaſione inſurgentis magnæ mortalitatis, Conſtantinopoli inſtitutam eſse, dicit Sigebertus. Feſtum Cathedræ S. Petri Romanæ quod in aliquibus Eccleſijs exoleuerat, cum ab hæreticis reuocaretur in dubium, à Paulo 4. reſtitutum, & plura ſimilia videre licet in Notis Card. Baron. ad Martyrolög. Ita ſubinde contingit Decreto Sedis Apoſtolicę numerum Sanctorum, non ſolum in Catalogo, ſed etiam in Calendario augeri, prout recenti memoria ſatis notum, & nuper, vt recte dicit Dec. Verid. poſt 400. & plures annos S. Madritenſi *Iſidoro* honores diuini à *Gregorio XV.* decreti ſunt, quos etiam poſt totidem ſecula *S. Bennoni* Miſnenſi decreuerat *Adrianus Papa VI.* & ſic de pluribus alijs, vt nouum in Eccleſia videri non debeat, quod aliquando vel ſepul-

tum

tum, vel intermiſſum diu veterum Sanctorum ſuorum cultum Deus certis occaſionibus reſtaurari faciat. Addit § 2. Anni aliquot elapſi ſunt. cum ad placandam læſi Numinis iram pro afflicto Belgio 3
noſtro, nonnulli excitati ſunt, vt varijs in Begginarum Curijs, cultum *S. Beggæ* tamquam earundem piæ Fundatricis publicum facerent.

Exempla quæ producta fuerunt, ex decreto Sedis Apoſtolicæ firmata ſunt. quod iſti nonnulli eamdem authoritatem habeant, nemo concedet. Atque cum iam poſt 900. & amplius annos S. Begga pro fundatrice Beghinarum habita, vel ſaltem publico aliquo cultu in honore in Beghinagijs habita non fuerit, imo in multis ne quidem nomen eius hactenus auditum ſit; deberent iſti nonnulli docere, an v. g. reuelatione, miraculis, vel qua alia ratione excitati ſint, vt cultum S. Beggæ tanquam fundatricis Beghinarum iam poſt tot ſecula publicũ 4
facerent. Ex § 1. colligitur, quod Dec. Verid. velit eos à Spiritu ſancto, qui paulatim Eccleſiam docet, eſſe excitatos. Ego credo quidem quod à ſpiritu, ſed an *ſancto*, recte addi poſſit, ijs qui habent diſcretionem ſpirituum, ex dicendis iudicandum relinquo.

In tabula de qua ſup. ſect. 11. n. 20. viden- 5
tur aliquid ex miraculis ſuggerere; inter 18. enim illas rationes ex innumeris ſelectas, 14. habet:

Miracula. Omitto quod S. Begga Begginas protexiſſet, etiam S. Gertrudis eius ſoror reperitur magnum affectum oſtendiſſe, & vnam valde horribiliter puniuiſſe quia clamabat ſe non eſſe Beghinam.

Digitized by Google

Solidum valde (prout reliqua 17.) argumentum ex miraculis, quo probatur S. Begga fundatrix Begginagiorum. In Palatio autem Begginag. pag. 85. ponitur hoc modo:

Vltimo Cap. iſtud concludere volo affectum referendo S. Beggæ ſuper filiabus ſuis ſpiritualibus Begginis, quod etiam nuper mirabiliter oſtendit, præcipuè ſuper loco vbi eleuata eſt. Nam non ſolum particulares perſonæ fatentur & agnoſcunt ſe (*van differente maleuren, ſieckten, en duſdanighe qualen*) à diuerſis malis, morbis & ſimilibus morbidis affectibus fuiſſe ſanatas, poſtquam ad S. Beggam tanquam fundatricem confugerant, prout poſt authenticam approbationem ſpecialiter ſperamus euulgare; verum etiam integræ Curiæ ſe beneficio affectas exiſtimant, & putant propter agnitionem S. Beggæ à peſtilentia, diſſidijs litis, interna diſcordia & ſimilibus fuiſſe liberatas, & honoratas nouis inſignibus fundationibus, donatas multis zeloſis, deuotis & ſapientibus perſonis, &c. Quare Suam infinitam bonitatem valde humiliter oro, vt alia Begginagia, quę fortè, Deus nouit quare, adhuc in aliqua tribulatione aut paſſione ſunt, ſe ad hanc ſpiritualem Matrem cōuertant, & probent per experientiam id, de quo prędictæ Curiæ ſibi congratulantur. Neque eſt tantopere mirandum, quod vna ſpiritualis Mater talia ſigna amoris oſtendat erga filias ſuas, quandoquidem S. Gertrudis, cauſſa ſororis ſuæ huius S. Beggæ, eminentem affectum Begginis olim repetitur oſtendiſſe, prout inter alia exempla deſcribit Ven. Thomas à Cantiprato, &c.

Addit miraculum quod ſupra tangitur de S. Gertrude ex l. 2. Apum c. 51. §. 12.

6 Si vera & ſolida ſunt quæ hic tam confidenter Author iſte ponit, meritô debuiſſent prædicti non-

cti nonnulli omnem diligentiam adhibere pro approbatione miraculorum vel gratiæ ſanitatum quæ author iſte indicat, & ex ijs accipere fundamentum promouendi cultum S. Beggæ tanquam Fundatricis.

Alioqui in Beghinagio Bruxellenſi tempore peſtis ſolent in altari exponere imagines SS. Antonij, Sebaſtiani, Adriani, & Rochi, eoſque miſſis votiuis honorare. Contra varios morbos diuerſi Sancti tanquam tutelares vſu Eccleſiæ probato coluntur. Multi nec vano ſucceſſu, proſperitatem rei familiaris & temporalium, cultu S. Matris Annæ ſibi promittunt, S. Iuonem pro auertendis, & felici exitu in litibus ex neceſſitate ſuſceptis, patronum eligunt, &c. Videat Author ille quomodo iſta omnia tanquã miracula aſcribere poterit S. Beggæ ijs locis preciſe, vbi tanquam fundatrix aſſumpta eſt. 7

Quæſtio tamen hîc eſt pro Theologis, An ſit conforme Decreto Conc. Trid. ſſ. 25. quod miracula in genere, tanquam ad interceſſionẽ alicuius Sancti certo loco facta, publicentur, antequam vel vnum in particulari approbatũ ſit. Fraudem quæ in ſimilibus narrationibus latet, Prudentes facilius aduertere poterunt, quam idiotæ, qui omnia pro veris & certis habent, quæ in libris impreſſis & approbatis reperiuntur, ita vt etiam credant tempore Reyneri Voſſij & Tiberij Catti bruta more humano miſcuiſſe ſermones; & hoc non abſque fundamento, dum etiam in S. litteris non tantum 8

ſerpen-

ſerpentem & aſinum, quibus organa minus ſunt diſpoſita, quam pluribus alijs, locutos fuiſſe, ſed etiam, refertur colloquium lignorum, quæ *ierunt vt vngerent ſuper ſe regem; dixeruntque oliuæ, Impera nobis*, &c. ſimilia ad arborem ficum, ad vitem & ad rhamnum. Iud. 9.

Verum Author Declar. Verid. non videtur omnino confidere ſupra dictæ excitationi Spi-
9 ritus ſancti (qui non ſolet talibus multifarijs multiſque modis à veritate deuiantibus, prout in progreſſu patebit, excitare) aut etiam multum tribuere ſupra indicatis miraculis; neque reuelationis, neque peculiaris alicuius rationis meminit; ſed fundamentum, quo iſti nonnulli excitati ſunt, videtur § 2. ponere,

In Ill. aliquot Virorum teſtimoniis, Patriæ Chronicis, aliquot Martyrologijs, diuerſorum Conuentuum munimentis, aliquot vetuſtis picturis, variis Scriptorum auctoritatibus ac traditione veteri velut per manus accepta.

Quæ omnia cum non tam certa nitantur fide, quin poſſit quis ſtudio veritatis inquirendæ ea quæ allegantur, & quæ mouerunt viros illos grauiſſimos expendere, adeoque inueſtigare, anne fundamenta verè ſubſiſtant, quæ pro noua & inſolita, proferuntur ſolennitate inſtituenda, in locis præſertim, vicinis hæreticis, qui vel minimas captant occaſiones ſugillandi cæremonias Eccleſiæ & deridendi Sabbata eius.

Qua ratione etiam fieri poteſt, vt quod ſe-
10 cundum opinionem ſaltem moraliter, certam

vno

vno loco liceret, alibi illicitum prudenti iudicio meritô habebitur. adeoque nemo exiſtimare debet, hac ratione præiudicium aliquod fieri Illuſtriſſimis DD. & alijs, qui per quædã argumenta & munimenta , tanquam certa & indubitata ipſis propoſita, perſuaſi, & magna forte importunitate inducti fuerunt, ad S. Beggam officio publico à Beginis tanquam fundatricem ſuam colendam: quia cum Andanæ tanquam ſancta ſemper habita fuerit, ac etiam alibi tanquam ſancta merito colatur, etiamſi non vt inſtitutrix Beghinagiorum, ſaltem tanquam patrona coli & aſſumi poſſet. adeoque non ſtatim eam tanquam inſtitutricem coluiſſe dicendi ſunt: nam ipſe Illuſt. Nuncius in literis Datis 1628. quibus concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Begginagij, prudenter ſub disiunctione poſuit, *In feſto S. Beggæ Duciſſæ Brabantiæ & patronæ ſeu eiuſmodi inſtituti fundatricis.* 11
Sed verè culpandi illi qui ſpecioſis magis quã ſolidis argumentis, & plurimis munimentorum tranſumptis , quorum aliqua maiorem præ ſe ferunt authoritatem, quam ipſa autographa, ſi exhiberentur, poſſent præſtare (vt in ſequentibus patebit) curioſam ſuam potius neophiliã, quam cultum Sanctæ Beggæ conari promouere alicui videri poſſent. His paululum ſepoſitis.

Dubiũ aliquis mouebit, An illorũ Sanctorũ, 12
qui in vno loco vel Prouincia ex antiqua conſuetudine coluntur , etiam alijs locis cultus in

officio publico abſque ſcrupulo aſſumi non poſſit? Priuata authoritate hoc licere non videtur: hactenus autem authoritate Ordinariorũ hoc licitum fuiſſe, nemo facilè negauerit. Modô tamen obſtare videtur Decretum S. Congregationis Rituum, approbatum à S. Sanctitate 8. Aprilis 1628. quo *vetuit & prohibuit celebrari per totam ciuitatem vel Diœceſin, etiam de cuiuſcumque Ordinarij authoritate, Miſſam vel feſtum cum Officio de Sancto, eo quod in loco adſit Ecclesia parochialis vel regularis aut aliqua Reliquia, ſed tantum in ipſius Sancti Eccleſia titulari, ſeu vbi aſſeruatur inſignis Reliquia & non alibi. Inſignes autem Reliquias declarauit eſſe corpus, caput, brachium, crus, aut illam corporis partem in qua paſſus eſt Martyr, modo ſit integra & non parua, & legitimè ab Ordinarijs approbata.*

13 Ex quo Decreto videtur ſequi, quod etiamſi liceat colere quoſuis Sanctos Miſſis votiuis; Feſto tamen cum Officio non licere celebrare alios, quam qui ponuntur in Breuiario, aut ſunt Patroni alicuius loci, vel Titulares Eccleſiæ, vel apud quaſdam Eccleſias, Religiones vel Congregationes conſueuerunt celebrari. *Indicatur in Rub. Breuiarij. Tit. de officio duplici.*

14 Dubium tamen hic manet, An liceat alicui congregationi antiquæ, propria authoritate pro libitu aſſumere Patronos nouos, eoſque feſto & officio colere, etiam mutato ritu in Breuiario aut Miſſali præſcripto; quemadmodum Antuerpiæ apud Bogardos ſuperiore an-

no

no Dominica 3. Aduentus, in qua etiam Feſtũ Conceptionis B. Mariæ transferendum eſſet, Officium de S. Begga celebrarunt, & pro Introitu Miſſæ *Gaudeamus*, cantarunt. Pius V. in Bullis præfixis Breuiario & Miſſali ſatis diſtriƈtè ſtatuit, vt Officia non aliter quam iuxta Miſſalis ab ipſo editi formulam decantentur, atque in Breuiario aut Miſſali nihil addendũ, detrahendum aut immutandum eſſe, &c.

Verum quidem eſt, in Rubricis concedi, vt 15
feſtum duplex poſſit celebrari in feſtis Patroni & in feſtis SS. qui apud quaſdam Eccleſias cõſueuerunt ſolenniter: Non tamen conceditur, vt patroni pro libitu aſſumi poſſint; multo minus, vt Dominica v. g. 2. vel 3. Aduentus omittatur, niſi occurrente Patrono vel Titulari Eccleſiæ, qualis S. Begga in hoc caſu dici non poteſt. Et quamuis tali caſu hoc in priuata lectione ſolum veniale peccatum Summiſtæ ponant, in publico tamen officio grauiorem habere deformitatem, cuiquam meritò videri debet. Neque exiſtimo PP. Beggardos talia habere priuilegia, vt ad ſimilia feſta propria authoritate inſtituere poſſint.

Dicent S. Beggam eſſe fundatricem Beghar- 16
dorum & Beghinarum adeoque ſe non minus eam colere poſſe quam alij Religioſi ſuos fundatores colunt. Reſp. Religioſi colunt ſuos fundatores, quos documentis authenticis & omni exceptione maioribus certò ſciunt tales eſſe, ſicut Tertiarij probare poſſunt S. Franciſcum

cum 3. Regulam, de pœnitentia nuncupatum, inſtituiſſe. Verum cum hactenus Beghardi & Beghinæ S. Beggam pro tali non coluerint, & ex nullo antiquo Authore probato, aut vllis Actis authenticis S. Beggæ, hoc oſtendi poſſit, & quæ proferuntur documenta inſufficientia, & non ſatis authentica deprehendantur, vt infra oſtendetur; in eo ipſos ſimilem alijs Religioſis non habere cauſam, clarum eſt.

17 Dicent, 2. Propter authoritatem Hiſtoricorum & aliorum Illuſtrium Virorum, ſaltem probabilè eſſe, S. Beggam eſſe fundatricem Beghardorum & Beghinarum, adeoque iſto titulo in Eccleſia coli poſſe, quandoquidem Sãcti omni laude digni ſint. Reſp. Sanctos laudibus noſtris non egere, neque eis placere ſi eis aſcribatur, quod ipſis verè competere, certô non conſtat. II. Eccleſiã *quæ eſt columna & firmamentum veritatis*, in cultu Sanctorum non ſequi opiniones quæ ſolum ſunt probabiles, ſed requirere, vt ſaltem moraliter certũ ſit vera eſſe illa, quorum ratione ſancti coluntur, ſicut *Deum in ſpiritu & veritate oportet adorare*, adeoque acta Sanctorum ratione quorum peculiari & nouo Titulo in Eccleſia venerandi proponuntur, nõ minus approbata eſſe debere, quam Reliquiæ aut miracula noua, de quibus diſertè decernit Conc. Trid. ſeſſ. 25. *Nulla admittenda eſſe noua*
18 *miracula, nec nouas Reliquias recipiendas, niſi recognoſcente & approbante Epiſcopo, qui ſimul atque de ijs aliquid compertum habuerit, adhibitis in conſilum*

Theologis,

Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ veritati & pietati conſentanea iudicauerit. Quod ſi aliquis dubius aut difficilis abuſus ſit extirpandus; vel omnino aliqua de ijs rebus grauior quæſtio incidat: Epiſcopus antequam controuerſiam dirimat, Metropolitani & comprouincialium Epiſcopum in Conc. Prouinciali ſententiam expectet: ita tamen vt nihil inconſulto Romano Pontifice nouum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.

Quando autem facto diligenti examine res manet dubia, eam vt veram & certam nullus approbabit. Vnde Scholaſtici docent, quoad Reliquias; quando res eſt dubia & incerta, abſtinendum eſſe à cultu, & ſeparatim eſſe cuſtodiendas. Ita Suarez tom. 1. in 3. p. diſp. 55. ſect. 2. Sanchez in Decal. lib. 2. c. 43. n. 19. & alij. 19

2. Communis eſt ſententia, mortale eſſe peccatum falſas reliquias adorandas proponere, miracula falſa prædicare, vel figuras aut tabulas votiuas offerre in ſignum falſi miraculi; eo quod magna Religioni irrogetur iniuria vt habet Zanches ibid. c. 37. citans Caiet. Nauarrum & alios. Qui autem Reliquias vel miracula dubia Eccleſiæ proponit, falſitatem committere dici poteſt, dum dubia pro veris exhibet. Idem itaque dicendum videtur de actis Sanctorum. 20

Verum quidem eſt Concionatores ſubinde proferre exempla de ſanctis quæ ſolum probabilia ſunt, ſed fides tunc manet penes Autho- 21

res. Aliud verô eſt, dum Eccleſiæ peculiari cultu acta dubia alicuius Sancti publicantur: tunc enim nomine Eccleſiæ dubium tanquam verũ & certum proponitur, adeoque falſitas committitur, & veritas eneruatur.

22 Diligens ſemper ſtudium in Eccleſia adhibitum fuiſſe, vt acta Sanctorum purè ac ſincerè conſcriberentur, eo tamen non obſtante, veritatis aduerſario ſuadente, prius debitè & verè conſcriptis falſa, ac incerta certis irrepſiſſe pluribus notat Card. Baron. Initio Mart. c. 2. vnde, vt ibidem refert, & ad Annum 290. Gelaſius in Conc. Rom. *Geſta*, inquit, *Sanctorum Martyrum . . . ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in S. Rom. E. non leguntur: quia & eorum qui conſcripſere nomina, penitus ignorantur, & ab infidelibus idiotis ſuperflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur . . . Propter quod, ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio, in S. R. E. non leguntur.* Et quamuis, vt ibid. notat Baron. non tantum cautelæ adhibitum fuerit in alijs Eccleſijs, Adrianus tamen PP. Ep. ad Carolum M. ſcribit: *Vitæ enim Patrum ſine probabilibus authoribus minime in Eccleſia legantur: nam ab Orthodoxis titulatæ ſuſcipiuntur & leguntur.*

23 Ex his colligi poteſt quam procul abſit, vt Beghardi & Beghinæ poſſint S. Beggam tanquam fundatricem publico feſto colere, cum ne quidem in Eccleſia hoc poſſent legere: in nullis enim Actis authenticis S. Beggæ hoc reperitur. Neque multùm ad rem facit, quod in

Præ-

Præfatione Regulæ Beghinagiorum de qua poſtea, hoc referatur,& in litteris Ill. Nunciorum nominetur fundatrix Beghinarum ; quia Antiſtites illi ideo dici non poſſunt habuiſſe intentionem hoc approbandi aut titulandi, vt loquitur Adrianus ; hoc enim facere non cenſentur , niſi præmio diligenti examine, & per expreſſum Decretum. Qua ratione etiam iſta opinio approbata cenſeri non debet ex eo, quod (vt refert Decl. Verid. §. 3.) Ill. Archi. ſolemnitatem S. Beggæ ſolenni officio voluit auſpicari,propter rationes n. 8. adductas.

Ex ſupra dictis etiã ſequi videtur,quod etiãſi documentis omni exceptione maioribus probari poſſet S. Beggam eſſe fundatricem, &c. eam tamen abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate feſto & officio coli non poſſe (ſecus de Miſſis votiuis,vt ſupra dictum eſt) Exemplum habemus in S. Norberto , quem etiamſi Præmonſtratenſis Ordinis certiſſimô conſtaret eſſe fundatorem,& *in pluribus Martyrologijs, vſu Catholicæ Eccleſiæ receptis* (vt habet Diploma Gregorij 13. datum 1582.) *deſcriptus & annotatus reperiretur* ; abſque tamen Decreto dictæ Sedis feſtum & officium celebrare non præſumpſerunt. Verum hæc omnia abſque præiudicio aliter ſentientium pro exercitio Theologorum dicta ſint, & non vt pro idiotis,qui non ſciunt diſcernere inter verum,probabile,& falſum,ad ornatum Palatij Begginagiorum traducantur, prout author iſtius ſecundum prudentiam ſuã, 24

pag. 234. igne falſo, ex ijs quæ §. 61. dicentur, deſumpto ſe triumphare perſuadet.

25 §. 3. Pergit Decl. Verid. Quare præfatus Archiepiſcopus ſuæ diœceſios Begginagijs facultatem ampliſſimam indulſit dictam *S. Beggam* ſub tali ratione publicè colendi. Illuſtriſſimus verò Nuntius ex plenitudine poteſtatis ſuæ, ſacras indulgentiarum largitiones omnibus Begginarum Eccleſijs conceſſit, quæ ſanctam eam Brabantię Duciſſam in Patronam ac inſtituti ſui fundatricem reciperent.

Debuiſſet Author meritò exhibere extractum ex mentionatis litteris Indulgentiarum, ſi quæ ſub tali titulo ſint conceſſæ. Alioqui ſi ſolum exſtēt litteræ prout infra ſect. 16. in quibus dantur Indulgentię viſitantibus Eccleſiam Begginagij *in Feſto S. Beggæ Duciſſæ Brab. & patronæ ſeu eiuſmodi inſtituti fundatricis.* multum fallitur Author, & fallit lectorem, dum falſo allegat illas litteras: longè enim aliud eſt, dare Indulgentiam viſitantibus Eccleſiam, &c. & dare Indulgentiam Eccleſijs quæ eam ſanctam in Patronam ac inſtituti ſui fundatricem reciperent. Si tales litteræ exſtarent & ſimul cũ Acta facultatis iſtius ampliſſimæ exhibita fuiſſet, nõ dubito quin illa magis permouiſſent Reueren. D. Ep. Antuerp. quam illa 60. circiter, partim tranſumpta, partim atteſtationes ad ipſum delata: qua occaſione, ait §. 4.

26 Cum eadem etiam videri contigerit à R. D. *Petro Coens*, cauſam illi dederunt, non (vt non ſemel rogatus erat) priuata conferentia veritatem inueſtigandi, verum edita ad hoc Diſputatione ſuâ hiſtorica ex ruditer conceptis ac leuiter tantùm deſcriptis, nonnulliſque

nulliſque diſſimulatis affirmantis partis fundamentis, publico ſtatim prælo aſſertionem hanc impugnandi, quam iam dudum pro anili tantum fabella habuit, vt ipſe de ſe teſtatur; ac paucularum horarum ſcripto difflare conatus eſt, quæ non leue hactenus pondus etiam apud grauiſſimos viros habuerunt.

Reſp. 1. Conferentias coram Reuerendiſſ. D. Ep. Ant. aliquoties fuiſſe habitas, manipuloſque librorum ad hanc rem ſpectantium non ſemel fuiſſe productos: Verum dum conferentiæ iſtæ ſolum deſinerent in verba & contentiones, conſultius viſum fuiſſe, ſcripto tractare.

2. Diſſimulata partis affirmantis fundamenta annotare debuiſſet, & an relatu digna erant iudicaſſet lector, qui etiam expendere poterit, an publico prælo aſſertionem impugnet, qui ſententiam ſuam propter defectum amanuenſium typis commiſſam priuatim tantum quibuſdam benè notis communicat.

3. Poſueram, prout ſupra in Præfatione n. 3. quod hanc opinionem de S. Begga *olim Bruxellæ tanquam anilem fabellam ſepius narrari audiuerā.* & quod ea quæ paſſim ex Scriptoribus & munimentis pro ea opinione productis collegerā, impenſis aliquot horis qua potueram breuitate inuoluiſſem pauculis pagellis.

Iudicet Lector an ſint eadem, *audiſſe narrari*, 27
&, *pro tali habere*; & an ea quæ aliquot ſeptimanis collecta ſunt, paucis horis non poſſint deſcribi; & an rectè dicatur conari difflare quæ non leue pondus habent, qui propoſitis argumentis ſuis, n. 30. rogauit omnes antiquitatis

Digitized by Google

ſtudioſos,vt in fauorem Begginarum omni conatu velint adlaborare,vt vel ſaltem vnum authenticum inſtrumentum, ante tempora Lamberti ſcriptum vel datum,in quo ſaltem nomen Beggardorum contineatur , in lucem proferri poſſit. Et poſtquam pro modulo ſuo reſpondit ad fundamenta partis aduerſæ, addidit. Si cui tamen minus ſatisfactum ſit , aut aliquis acutioris ingenij , ſolidiora argumenta,quam ego deprehendi , etiam per artem Chymicam ex ijs educere vel elicere voluerit , eaque communicare dignatus fuerit:ſpero quod promptum me inueniet ad reſpondendum, & occaſionem dabit ad prædicta omnia magis enucleandum.

28 § .5. Aſſerit ſententiam ſuam *non ſolum vt probabilem ſed & moraliter certam*.

Ego vero aſſero me oſtenſurum eam opinionem eſſe improbabilem & moraliter falſam.

Dubitatur,inquit, § .6. à quibuſdam, An Beggardi qui poſtea tertiam D. Franciſci regulam aſſumpſerunt,& Begginæ originem & inſtitutionem ducāt à Sancta Begga Brabantiæ Duciſſa ?

Pro cuius parte affirmatiua vnum ſufficit irrefragabile argumentum traditionis videlicet ab immemorabili tempore tam Beggardorum quam Begginarum.

Quamuis de Begardis agere non intendam, præſertim cum inter eos non deſint viri docti, qui , ſi eis liberet , originem Beggardorum ex antiquitate facilius , quam quiuis alius,eruere poſſent : quia tamen ex eorum fundamentis præclara quædam pro opinione Begginarum

eliciuntur

eliciuntur argumenta, & hîc proferuntur, ea negligenda non ſunt. Allegatur itaque,

SECTIO XIII.

Irrefragabile argumentum Traditionis Beggardorum, & eorum munimenta.

AD quod Dico: Argumentum irrefragabile 1
duci non poſſe ex Traditione, quando ipſa irrefragabilis non eſt. Quemadmodum enim Traditio Eccleſiaſtica vera dici non poteſt, niſi quam conſtat legitima ſucceſſione, & conformiter ab Eccleſia eſſe traditam, & Scripturis eſſe conformem; ita de traditionibus Hiſtoricis ſuo modo ſentiendum. De conformitate huius traditionis cum Hiſtorijs poſtea latius, hîc videamus quę in confirmationē iſtius traditionis proferuntur.

§. 7. Adducit aſſertionem trium PP. Beggardorum, quæ habet, ipſos id communi relatione ſine vl- 2
lius dubitatione à ſenioribus probatis ac Iubilarijs accepiſſe.

Reſp. Ad traditionem de inſtitutione alicuius ordinis non ſufficere teſtimonium, multo minus aſſertionem, ex vno aut altero Monaſterio, ſed illud legitimè petendum eſſe ex pluribus & antiquioribus Monaſterijs, qualia in Palatio Beghin. pag. 70. publico teſtimonio deponuntur nouem eſſe antiquiora Antuerpienſis, atque inter ea recenſentur Leewenſe & Theienſe, inchoata vt refert Gramayus, vnū

anno 1327. alterum 1414. Cum vero infra approbante eodem Gramayo, velint Antuerpienſe initia ſua habuiſſe anno 1128. quomodo prædicta antiquiora dici poſſunt? Inter antiquiora etiam ponunt Colonienſe, vbi, vt videre eſt in Sacrario Agrippinæ, non reperiuntur alij vocati Bogardi quam Alexiani complentes mortuos (qui apud Italos vocantur Becchini) ſub regula S. Auguſtini. alterius ergo ſunt inſtituti quam noſtri.

3 §. 8. & 9. Ex aliquot munimentis probat, quod antiquitus ſemper vocentur Beggardi, licet ob faciliorem loquendi modum à quibuſdam dicantur Bogardi, potius tamen appellandos eſſe Beggardos quomodo nominantur in litteris R. D. Sonnij E. A. Decani & Cap. & Magiſtratus Ant. Abbatis S. Michaelis & Ioannis 2. Ducis Brab.

Reſp. quod ſi ex fide benè examinarent ſua munimenta, quod facilè decuplo ſæpius inuenirent nomen Bogardorum quam Beggardorum, prout etiam in litteris Cap. Antuerp. quibus anno 1477. eis conceditur cœmiterium, & pluribus alijs, Boghardi vocantur, ſicut ipſorum etiam Superiores hactenus in actis ſuis communiter ſcripſerunt. In Concilio Viennenſi fuerunt vocati Beguardi (prout etiam ab Henrico Suſone infra, & alijs antiquis vocantur) poſt quod declinandæ notæ cauſa, veriſimile eſt aſsumpſiſse vel affectaſse Bogardorum vel Beggardorum.

4 Addit quod hoc nomen expreſſe à *D. Bega* ipſis hæſiſſe teſtantur in ſupradictis ſuis litteris Decanus, Capi-

Capitulum, Gubernator, Burgimagiſtri, Scabini &
Conſules Antuerpienſes, vti etiam Patriæ Chronica
varij auctores, &c. de quibus poſteà.

Vbi obſerua ad maiorem authoritatem enu-
merari ſex, quæ ſolum conſtituunt duo mem-
bra, præterquam quod Conſules & Burgima-
giſtri idem ſoleant eſſe. Ex litteris vero Capitu-
li datis anno 1571. habet:

Domum fratrum Bogardorum iam olim ante trecentos an- 5
nos & amplius in hac ciuitate inſtitutam fuiſſe omnibus eſt
notiſsimum, vetuſtiſsimaq́ monumenta tam Eccleſiæ noſtræ
Cath. quam pleraq́ alia publica docent: imo illorum antiqui-
tates teſtantur fundamenta Collegij fuiſſe anno 1128. *poſita*
Bogardorum ſiue potius Beggardorum, à D. Begga S. patriæ
Belgicæ ſorore Gertrudis ſumpto nomine. Quale ſit ibi
teſtimonium, quod hoc nomen à D. Begga ip-
ſis hæſit, lectori iudicandum relinquo. verba
ex litteris magiſtratus non ponit. De Chronicis
& varijs auctoribus, &c. infra ſect. 16. agetur.

Nulla autem, inquit, ratio iſtius etymologiæ ha- 6
ctenus adferri potuit, quam inſtitutionis à *S. Begga*
deſumptæ, ergo &c. *Nomen enim quaſi nouimen, inquit,*
Feſtus à noſco quod notitiam facit, nam per id quo quicquam
nominamus illud agnoſcitur.

Videtur Author iſtius Declar. Tum hic & in
ſequentibus ſæpe, ſibi perſuadere, quod ſolum
agat cum aliquo Etymologo, qui auditis ali-
quot feſtiuis verbis, ſtatim obmuteſcet, & in-
tentus ora tenebit. Fallitur. Aduertere debuiſ-
ſet, ſe agere cum Philotheologo Philhiſtoro,
qui 20. & amplius annis fuit Reuerendiſſ. D.
Ioannis Malderi Epiſcopi Antuerpien. in Aca-
demia Louanienſi quondam Profeſſoris, fami-

laris auditor, cui non deeſt voluntas, materia neque facultas reſpondendi ad argumenta alicuius D. Prioris Vacantiarum, quando aliter non ſunt fundata. Verum ad rem. Supra ſect. 9. ſatis dictum de ratione nominis Beghinarũ, quarum inſtitutionis forma tandem viris quibuſdam complacuit, vt in Archiuis Beghardorum legitur, infra n 7. qui etiam nomẽ à nomine illarum, vt ſec. 10. indicatũ eſt, vltra 500. annos poſt felicẽ obitum S. Beggę acceptarunt. Et quæ apparentia quod nomẽ poſt tot ſecula demum aſſumptum, & ante incognitũ, dicatur inditum à Sancta, quæ huc vſque apud ipſos non fuit pro fundatrice habita, & apud multos fuit incognita? Deinde peto, quomodo iam per nomen illud agnoſci poſſint, ſecundũ illud quod ex Feſto valdè appoſitè adducitur, cum ab anno 1290. vt ipſi fatentur inf. n. 9. acceptarint 3. Regulam S. Franciſci, & hactenus vix ſciant, quale ſit aut fuerit inſtitutum S. Beggæ? Nimis longe petita ſunt iſta pro ſtabilienda noua traditione.

Exhibent §. 10. 11. & 12. tria vel quatuor antiqua monumenta manu ſcripta, quæ verbis clariſſimis confitentur *D. Beggam*, Begginarum ac deinde Beggardorum etiam inſtitutricem.

Quomodo autem iſta monumenta inter ſe conueniant, & quam fidem mereantur pro fundanda iſta traditione examinandum eſt.

Primo ponit extractum ex membranareo quodã bro, quem Patres, inquit, maxime ab authoritate amendarunt, & in Palatio pag. 64. eam vetuſta-

tem

Digitized by Google

tem habere Patres teſtantur, *vt ſcriptura vel manus non agnoſcatur.*

Verum depræhenditur ſcriptus circa annum Domini 1540. Nota antiquitaté. Ex eo autem ponit:

S. Begga ſuo tempore orbata marito cum multis virginibus ex ſancto propoſito vitam cœlibem actitabat, quibus & genus viuendiq; normam conſcripſit, quæ vſitato nobiſcum nomine Begginæ vocantur: tandem & Inſtitutionis huius forma viris quibuſdam complacuit, qui in noſtra adhuc tempora in eundem viuendi modum deſudarunt, & ab ipſa vitæ huius ordinaricæ ſortiti nomen, Beggardi vocitantur, ex quorum quidem numero viſum nonnullis conueniens eſt, & hæc loca dedicare ſibi, monaſterioq; locato inhabitare

(In eodem autem libro prout etiam in Palat. Beg. pag. 64. additur) *circa annum Domini* 1128. 8

Tandem anno Domini 1468. omnes ſimul acceptarunt habitum ... à Nicolao S. Fratribus & ſororibus tertiæ Regulæ conceſſum. Ab initio fundationis vſq; ad iam vltimo dictum annum, defuncti Fratres ſepulti fuerunt in Conuentu FF. Minorum. Sed poſtquam reformationem & Sacramenta Eccleſiæ accepimus ſepeliuntur in ambitu, vel in templo noſtri Conuentus.

Aduertat quæſo Lector: Monaſterium PP. Minorum, vt patet ex Archiuis Eccleſiæ Cathed. eſt Antuerpiæ erectũ circa annum 1448. Begardi verô vt ipſi probare conantur, inchoati ſunt anno 1128. Quomodo itaque ab initio fundationis apud FF. Minoritas ſepeliri potuerunt? Authenticum ſanè documentum, conueniens tantæ traditioni.

§. 11. Aliud ponit documentum, *quod*, inquit *vetuſtius; nec ſciri poteſt quo anno ſcriptum ſit:* 9

In

In Palatio tamen dicta pag. 64. declarant Patres:

Quamuis ab hominum memoria ſit ſcriptum, ex traditione tamen ſeniorum ſe agnoſcere manus.

Illud ita habet: *Anno 1128. Conuentum hic Antuerpiæ inceperant probi aliquot viri piæ Congregationis & honeſtæ vitæ ſpiritualis Beggardorum qui acceperant nomen ſuum à Sancta Domina ac beata vidua S. Begga Brabantiæ Duciſſa & Marchioniſſa ſacri Romani Imperij ſororè S. Gertrudis, quæ inſtitutrix extiterat vitæ Deuotæ Begginarum ac Beggardorum: quiq́; à morte ipſius pluribus in locis, viri bonæ vitæ vocabantur, ob virtutem & honeſtatem conuerſationis ſuæ: poſt obitum verò S. Franciſci Anno 1226. acceptarunt hic Fratres iſtius Congregationis tertiam dicti S. Franciſci Regulam, quæ de pœnitentia nuncupatur anno 1250.*

10 §. 12. Ex Archiuis Conuentus Bruxellenſis habet quod S. Begga.

Occiſo marito anno 685. Reliquo vitæ tempore vidua permanſit, & quia ſecum habebat cõplures deuotas domicellas & fœminas, ac etiam viros probos, deuotos & honeſtos, qui omnes Domino Deo noſtro intime ſeruiebant, ab illa nomen acceperunt Begginarum ac Beggardorum, quorum prima Congregatio fuit in vrbe Niuellenſi in Brabantia Gallica vltra Bruxellam, vbi S. Gertrudis requieſcit, ac poſtmodum ob virtutem & bonam ſuam vitam multiplicati ſunt ac varijs in Ciuitatibus fundati, in quibus deuotè ſeruierunt Deo, vocabanturq́; à pluribus Viri bonæ vitæ, &c.

11 Expendat lector hæc tria documenta. In 1. dicitur, *forma inſtitutionis S. Beggæ Virginibus conſcripta, tandem viris quibuſdam complacuiſſe*; prout etiam infra §. 15. & 54. Beghinæ Beggardis priores aſſeruntur & §. 13. eos ab exemplo inſtituti Begginarum profectos.

In

Digitized by Google

In 2. Dicitur S. Begga inſtitutrix exſtitiſſe vitæ deuotæ Begginarum ac Beggardorum.

In 3. S. Beggam ſecum habuiſſe complures deuotas domicellas & viros probos, quorum prima congregatio fuit Niuellæ: ubi nunquam fuit Monaſterium Beggardorum vel Bogardorum. Et ex antiquis hiſtorijs (prout etiam §. 15. neceſſario fatendum eſſe dicitur) conſtat, S. Beggam Andanæ non tantum collegium Virginum fundaſſe ſed etiam virorũ inſtitutricem fuiſſe, ita vt fruſtra §. 13. allegetur exemplum S. M. Tereſiæ. Facilè aduertitur, quomodo iſta cum veritate & inter ſe conueniant, vt Traditionem, ex qua irrefragabile argumentum producatur ſtabiliant; & quanto conuenientius nuper vnus ex Beggardis in concione dixiſſet; Scripta Patrum noſtrorum pugnant inter ſe & contra nos; quam nomine S. Beggæ, *filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Committo affixonem iſtius Scripturæ cēſuræ Decl. Verid. infra §. 61.

SECTIO XIV.

Congruentiæ inter Beghardos & Beghinas.

ACcedunt, ait §. 14. congruentiæ. ponitq; 1
ſex puncta. Peto, an congruentijs inter Beghardos & Beghinas congruentius probetur eos à S. Begga potius quam à Lamberto begho nomen & inſtitutum habere?

Ne tamen incongruè congruentias iſtas cōtemnere videar, paucis eas examinabo.

Prima,

Prima, Quod olim fuit eadem viuendi conſuetudo inter illos ſeruata.

Hoc non mirum, cum fuerint eiuſdem inſtituti, vt ſup. ſect. 10. dictum eſt, donec Beghardi aſſumpſerunt 3. Regulam.

2 2. Begginæ velut Beggardi quandoque Regulam Franciſcanam fuêre profeſſæ.

Reſp. Tertiam Regulam quam ſeruarunt aliquæ Beghinæ, fuit ſine vlla obligatione ne quidem ſub v. p. vt ſuſtinent PP. Minoritæ, eamque etiam ſolent ſeruari coniungati. Alia vero eſt Regula Beghardorum quam ſeruant, ex profeſſione in Religione, vt ipſi ſuſtinent, approbata.

3 3. Clemens 5. in Con. Viennen. de Religioſ. Dom. tit. 2. cum Beghinas aboleret, declarauit ſe ſtatum pœnitentialium non comprehendere, quales Beggardos & nonnullas Begginas fuiſſe conſtat: de tertia autem Regula eſſe ac de ſtatu pœnitentium eadem ſunt.

Egregiè oſtendit ſe euoluiſſe Cōcilium Vienneńſe & Clementinas. Nullus in his tit. 2. de Religioſis domib. ſed lib. 3. tit. 11. vbi damnans ſtatum Beguinarum, nulla facta mentione Beguardorum, addit in fine, ſe non intendere prohibere, quin *fideles aliquæ mulieres, quæ promiſſa continentia vel etiam non promiſſa, honeſtè in ſuis conuerſantes hoſpitijs, pœnitentiam agere voluerint: hoc eiſdem liceat. &c.* Inuenitur ne hic aliquis ſtatus pœnitentialium quales Beggardos fuiſſe conſtat, vt aſſumit D. V?

4 4. Ioannes 22. Bullam expediuit in qua dicuntur

Fratres

Fratres ac ſorores de pœnitentia moleſtari ſub nomine Begginarum, ac proinde ſuſcipit Pontifex Beggardos & Begginas in ſuam protectionem titulo Fratrum ac ſororum de pœnitentia.

Meritô debuiſſet ponere verba Bullæ quæ vrget, & oſtendere quando, & à quo Beghinæ ſub titulo ſororum de pœnitentia compræhenſæ, fuerunt cum Beggardis. Beghardi, vt præc. ſec. n. 9. dictum, ab anno 1290. adeoq; ante Concil. Viennenſe aſſumpſerunt 3. Regulam de pœnitentia nuncupatam. De Beghinis hoc dici non poteſt, licet aliquæ in particulari, vt iam dictum eſt, eam ſeruauerint

Quod verô attinet ad nomen fratrum de pœ- 5
nitentia, obſeruandum qnod Beggardi in Palat. pag. 69. ex Archiuis ſuis poſuerũt ſequentia.

Anno 1128. Fundabat Dux Godefridus Barbatus Antuerpiæ congregationem bonorum virorum, & nominabantur poſtea Fratres pœnitentiæ *(penitentie broeders)* qui adhuc vocantur Beggardi vel Bogardi, anno 1290. aſſumpſerunt fratres pœnitentiæ primo tertiam Regulam S. Franciſci de pœnitentia nuncupatam.

His indicatur eos fuiſſe fratres de pœnitentia, antequam tertius ordo, de pœnitentia dictus, erat inſtitutus; prout ſect. præced. n. 8. ſepeliebantur Beggardi apud FF. Minores, antequam Monaſterium eorum erat fundatum. Iſta etiam ſpectant ad confirmationem irrefragabilis iſtius traditionis, Niſi fratres iſti fuerint ex illis de quibus in Conc. Toletano. 4. c. 54. dicitur: *Quæcumq; ex ſecularibus accipientes pœnitentiam*

totun-

totunderunt ſe, & rurſus præuaricantes, laici effecti ſunt, ab Epiſcopo ſuo ad pœnitentiam reuocentur. Quod ſi aliqui admoniti ad pœnitentiam reuerti noluerint, vt veri appoſtatæ coram Eccleſia anathematis ſententia condemnentur. Hoc etiam totum ſeruetur in Religioſis etiam viduis, virginibuſq; ſacris ac pœnitentibus feminis, quæ habitum religionis mutauerunt, aut ad nuptias tranſierunt. Beghardi & Beghinæ qui fuerunt ante tempora S. Beggæ hic deſcribi videntur. (Concil. enim illud celebratum anno 633.) & ſub ea ratione etiam Beghinæ ſub titulo ſororum de pœnitentia compræhendi poſſent, non verô ratione tertiæ Regulæ de pœnitentia nuncupatæ, quia ex inſtituto ſuo nunquam illam aſſumpſerunt, ſed habuerunt proprias ſuas Regulas vel ſtatuta vt ſup. ſec. 2. ſatis dictum eſt, & ante tempora S. Franciſci Beghinas griſeo habitu vſas fuiſſe indicat Lumnius, qui etiam ſcribit, ſe audiſſe à quondam Ven. D. Nicolao Eſcio, Dieſtenſes ex antiqua traditione habere, S. Franciſcum aliquando ibidem fuiſſe & de Beghinis dixiſſe: *Si ſciuiſſem alibi tales eſſe congregationes, tertiam meam Regulã non feciſſem.*

Et quod attinet ad Bullam Ioan. 22. ſi quæ Beghardis conceſſa, non poteſt dici, ea compræhendi Beghinas: peculiares enim pro illis fuerunt datæ, nominatim ad Arnulphum Leodienſem, & Petrũ Cameracen. & alios Epiſcopos, in quibus nulla facta mentione ſororum de pœnitentia, mandatur Epiſcopis vt Beghinas ſub prætextu Decreti prædeceſſoris ſui

nul-

nullatenus moleſtari permittant. Idem ſub nomine Beguinarum, nulla facta mentione Beguardorum, habetur C. Ratio recta. eiuſdem Ioan. X. l. 3. t. 10.

5. D. Henricus Suſo, duas ante dictas congregationes ab alijs omnibus ordinibus & ſecularibus diſtinguit, ac poſtquam de Begginis tempore prioribus egiſſet immediate ſubiungit de Beggardis, & quos inquit, fratres vocant. 6

Valde Dialecticè. Si liceat eo modo argumentari, Sic argumentor: D. Suſo non minus agit in diſtinctis Capitibus de Beguinis & Beggardis ac fratribus, quam de quibuſdam (non vero de omnibus vt liberaliter ponit Decl. Verid.) alijs ordinibus; ergo non minus inter ſe ſunt diſtincti, præſertim cum illas vocet Beguinas, hos vero Beggardos.

2. Canonici olim vocabantur fratres vt oſtendit Molanus lib. 1. de Canon. c. 3. & Gramayus in Bruxella pag. 39. & D. Suſo tractãs de omnibus ordinibus & ſecularibus, non agit de Canonicis in alio capite; ergo ſunt eiuſdem inſtituti cum Beggardis. Plura ſimilia ingenioſa argumenta cuius facilè inueniet.

6. Adfert ſcriptum R. P. Henrici Leerſe, (dicunt obijſſe 1613.) qui quaſi indubitatum poſuit, Beggardos originem ſuam ac nomen à D. Begga ſortitos. 7

D. V. Supponens Beghinas à S. Begga inſtitutas, cõgruentiã hic quærit ex authoritate vnius Beghardi, quaſi illud ſit maioris momenti, quam eorum monumenta ex Archiuis ſupra producta; Sanè quæ ex authoritate Beghardo-

rum hic & in ſequentibus proferuntur, ad eorum traditionem reduci debent, ſuper qua fundantur.

8 7. Nullum aliud oſtendi poteſt fundationis eorumdem initium cùm pluſquam 40. annis ante *Lambertum* illum Balbum Gallicè *Le Begue* agnominatum (à quo nonnulli Beggardos & Begginas inſtitutas volunt) Antuerpiæ Beggardos fuiſſe, doceant decem vel duodecim inſtrumenta diuerſa, tria videlicet ipſorum Beggardorum munimenta, atteſtatio inſuper *Decani* & *Capituli* Antuerpienſis. Quatuor aut ſex antiqua Chronica tam manuſcripta quàm impreſſa, extractum quodam è domo ciuica Antuerpienſi, antiqua domus Beggard. Antuerpienſium tabula, P. Generalis *Lerſe*, *P. Alexander Bouly*, *D. Ioannes Baptiſta Grammaius*, &c. quæ omnia documenta, vt & ſcriptores, teſtantur Beggardorum Antuerpienſem Conuentum inſtitutum fuiſſe anno Domini 1128. Lambertum autem Le Begue circa annum 1173. viguiſſe omnibus conſtat.

Quid iſta faciunt ad cõgruentiam inter Beggardos & Beghinas? Sed miror quod (etiamſi P. Eliæ aliquid concedendum eſſet, qui in Palatio ſuo Lambertum, quem ex Hiſtorijs conſtat fuiſſe virum ſanctum & prophetiæ ſpiritu clarum, volens odioſum reddere, tam ſæpe nominat, *ſtamelaer*, *backelaer*, & pag. 168. *vvat ſit toch op den lac van eenen babbeleer*) R. D. Pœnitentiarius cum tanto affectu eum vocet, *illum Balbum* & infra §. 45. *à D. Begga ad balbum illum*, &c. Verum quomodo Beghinæ à Venerabili illo Lamberto Begho primo inſtitutæ ſint, ſec. 9. declaratum eſt.

Quod

Digitized by Google

Quod autem dicit; 10. vel 12. inſtrumenta di- 9
uerſa docere, Beggardorum Conuentum Antuerpiæ inſtitutum anno 1128. ſpecioſè magis quam verè dicit: quia inter ea recenſentur tria ipſorum Beggardorum, eadem opinor de quibus ſupra, P. Leerſe, P. Boulij, antiqua domus Beggardorum Antuerp. tabula. quibus addo autographum quoddam etiam R.mo Ep. Ant. exhibitum, ſcriptũ anno vel poſt annum 1591. quæ omnia ſunt eiuſdē prædicamenti & æque magnæ authoritatis, dum vnum ex alio deſcripta eſſe ſatis appareat.

2. Perperã allegatur atteſtatio Capituli, quod ſolum narrat, illorum antiquitates hoc teſtari, vt ſec. præced. n. 5. patet. Gramayus ſimiliter inititur veteri tabulæ Bogardorum, adeoque non multũ ponderis addit iſti antiquitati præſertum cum in Viluordia ſua, *Ceterum*, inquit, *quod nomen à Begga Duciſſa Brabantiæ, & ab ea originem ſibi eſſe velint Bogardi, tamen codices eorum initia referunt in annum* 1215. R. P. Scribanus in orig. Antuerp. ſcribit: *Bogardi texendo vitam tolerabant. Hos vrbem ingreſſos reperio anno M. CC. XXVIII. auſpicijs D. Beggæ ... ac primo nullis certis legibus, ſolo caritatis vinculo annis LXII. modeſtè ſe continuerunt. anno deinde M. CC. XC. tertiam D. Franciſci Regulam profeßi, fratrum de pœnitentia nomen ſortiti, &c.* Examinent Bogardi, quomodo iſta conueniant cum ſuis tabulis.

Chronica iſta quatuor vel ſex, ſi velit eſſe 10
alicuius authoritatis, citanda fuiſſent nomina

authorum & loca. Simliter dicendũ de extracto ex domo ciuica Antuerp. in quo nõ deſunt plurima M. S. ſolis tineis & blattis conſecrata, & muribus gliribuſque in exercitium deſtinata, vt ab vtilioribus abſtineant.

Interim eo ſuppoſito quod authenticè probari poſſet, anno 1128. Antuerpiæ aliquam *congregationem bonorum virorum* (vt habent Chronica, quæ in Curia Antuerpien. vt dicitur in Pal. pag. 73. reperiuntur, *qui poſtea fuerunt vocati fratres pœnitentiæ & laborabant ſinguli pro victu ſuo*) fuiſſe fundatã, prout ex Archiuis Cap. conſtat, olim fuiſſe ibidẽ, *quandã fraternitatẽ Sacerdotum de Antuerpia & de iuxta Antuerpiam.* de quibus ſup. *ſec. 11. n.* 16. ac prout etiam hodie ibidem ſuperſunt Cærulei, & Leucocærulei fratres; inde tamen non ſequitur eos ante tempora Lamberti Beghi, quem rectè dicit circa annum 1173. viguiſſe, à S. Begga inſtitutum habuiſſe, atque fuiſſe vocatos Beggardos: nam congregationes virorum quales Beghardos primum fuiſſe iam dictum eſt, etiam tempore S. Hieronymi fuiſſe patet ex eius Ep. 22. vbi agit de tribus generibus Monachorum, Cœnobitis, Anachoretis, &
12 de 3. Remoboth dicto, ſcribit: *Hi bini vel terni, nec multo plures, ſimul habitant, ſuo arbitratu ac ditione vnientes, & de eo quod laborauerint, in medium partes conferunt, vt habeant alimenta communia. Habitant autem quamplurimum in vrbibus & caſtellis. Inter hos ſæpe ſunt iurgia, quia ſuo viuentes cibo, non patiuntur alicui eſſe ſubiectos.*

Sanè

Digitized by Google

Sanè à temporibus Apoſtolorũ, imo & tempore antiqui Teſtamenti, ſicut nõ defuiſſe virgines & mulieres vitam Beghinarũ prout olim erant, ducentes ſect. 7. oſtenſum eſt, ita etiam viros eum modum viuendi ſectantes non defuiſſe, facilè probari poſſet. Qui enim modum viuendi filiorum prophetarum attentius expenderit, inter eos reperiet, qui in congregatione abſque voto cœlibem vitam agebant, & ex labore ſuo victitabant. adeo vt quod de Beghinis eadem ſect. 7. dictum eſt, hic etiam dici poſſit, inſtitutum, videlicet, Beghardorum eſſe antiquum nomen, verô eſſe nouum.

De eoquod addit:

Beggardos confiteri Begginas ipſis eſſe priores, & neceſſariô fatendum eſſe, S. Beggam non virginum ſolum fundaſſe collegium, ſed & virorum iuſtitutricem fuiſſe, prout expreſsè teſtatur Hiſtoria S. Beggæ, &c. Sect. præced. n. 10. dictum eſt.

Addit: Denique vetuſtiſſimæ Andanenſium litteræ 12
affirmant eaſdem illas vtriuſque ſexus perſonas, quarum in prædicta hiſtoria fit mentio, non vocatas antiquitus Canoniſſas aut Canonicos, vti modo; ſed velut Beggardi & Begginæ iam olim ſolent dici, antiquo Eccleſiæ ſuæ loquendi modo, fratres ac ſorores. Teſtis eſt *Henricus III.* Imp. in dipl. ann. 1101.

Argumentatio valde ſpecioſa pro idiotis. Aduertant Logici quomodo ſequatur: Henricus Imp. vocat Andanenſes Fratres & ſorores; ego, vetuſtiſſimæ Andan. littere affirmant, &c. Si paulô attentius inſpexiſſet Mol. de Canon. reperiſset l. 1. c. 3. olim Canonicos multis ſeculis vocatos fuiſse fratres, prout etiam in pluribus

Diplomatibus Canonici Antuerpien. Fratres vocantur. Henricus enim 4. anno 1119. conceſſit Cap. Antuerp. *decimas à Santvliet vſque Olmeremutſen, ita vt quartam partem Præpoſitus, ſibi retineat, & reliquas in vſus fratrum conferat.* Fredericus item anno 1157. Decimam quam proauus eius *Eccleſiæ B. Mariæ & fratribus inibi Deo ſeruientibus contulerat*, confirmauit, &c. Similiter fratres
13 vocãtur in aliquot Diplom. Cam. Epiſcoporũ.

Quamuis itaque Canonici & Canonicæ etiã vocarentur fratres & ſorores, non ideo tamen erant Beggardi & Begginæ, vt videtur velle Veridica iſta Declaratio. Et quo fundamento, & cuius Eccleſiæ ſuæ loquendi modo dicit, Beghinas olim vocatas fuiſse ſorores? Videtur eas cõfundere cum ſororibus tertiæ Regulæ, quæ, vt habet Gramayus in Viluordia, ſunt ſub iuriſdictione Congregationis Zepperenſis à Nicolao 5. formatæ, qui certum habitum Ordini deſignauit: nam non facile in autenticis documentis oſtendet, Beghinas olim ſororum nomẽ habuiſse, multo minus aliquod Beghinagium eſse vel fuiſse congregationis Zepperenſis.

Et quod ad Andanenſes attinet, In Hiſtoria S. Beggæ in Rubea Valle legitur: *Conuocatis vtriuſque ſexus choris*, & additur, *id eſt Canonicis & Virginibus*. Et in Hiſtoria extracta ex antiquo M.S. quo Andanenſes vtuntur in Officio S. Beggæ, prout eam Gallicam dedit P. Dauid Henra, legitur: *Conuocatis vtriuſq; ſexus illis qui faciebant diuinum officium, videlicet Canonicos & Canoni-*

nonicabus, aut benè pro tunc religioſis, declarabat horam mortis ſuæ, &c. Ex his ſatis colligitur, quam diligenter Hiſtorias & authores legerit, & quã fideliter ea referat. I

Tandem alicui meritô mirum videri poterit, qua ratione Begardi, qui etiam dum (ſaltem ſecundũ ſuam, quam modô extollunt opinionem) inſtitutum S. Beggæ ſeruabant, eam pro tali nunquam coluerunt, ita vt hactenus, non dico altaria, ſed ne quidem vna imago eiuſdem in Monaſterijs eorum reperta fuerit, quibus traditionem ſuam confirmarent, iam, cum à 340. ferè annis, relicto iſto inſtituto, aliud amplexi ſunt, S. Beggam tanquam fundatricem habere & colere velint? Sane ſi Boghardi, idem iudicium eſto de Beghinis, ab immemoriali tẽpore, prout requiritur ad traditionẽ, S. Beggam verè pro inſtitutrice ſua habuiſſent, proculdubio in aliquo Diplomate eius facta fuiſſet mentio, & eam pro tali coluiſſent. Neque allegare poſſunt cum Decl. Verid. infra §. 66. *quod apud multos habita fuit tanquam non canonizata*: quia etiamnum talis apud multos habetur. Niſi fortè antiquiſſima iſta Chronica Brabantiæ, de quibus ſect. 16. in quibus ſemper tanquam ſancta poſita fuit, poſtquam planè antiquata, & ab omnibus ita exploſa, vt vix exemplaria reperiri poſſint, fiant maioris authoritatis, quam olim erant, & cara quia rara; aut ipſi Beghardi iam illuminatiores & prudentiores facti ſint quam prædeceſſores & Superiores eo-

eorum hactenus fuerunt, qui adhuc à duobus vel tribus annis in actis ſuis & ſignaturis, ſimpliciter ſe ſcripſerunt *Boghardos*, prout pluribus exemplis probari poſſet,& hoc vt apparet,donec venit P. Elias qui tandem eis nunciauit vera & ſolida eſſe iſta obſcura miſteria, quæ in munimentis ſuis de S. Begga latebant. Dicent fortè S. Beggam iam poſitam eſſe in Martyrologio Romano. Reſp. Ibidem non haberi,quod Beghardos aut (prout ante 60.annos in Martyrologio Vſuardi additum fuit) Beghinas inſtituit; neque ideo magis eſſe Canonizatam quam tunc erat.

Accuſant certè Patres ſuos magnæ ingratitudinis & negligentiæ. Et cum noua placere & delectari ſoleant,ſæpe dum nouis inuentis cultum Sanctorum velle promouere videri volumus, potius noſtras curioſitates & proprias adinuentiones fouemus.

SECTIO XV.

Traditio Beghinarum.

16. *AD Beghinas autem quod attinet, inquit, eaſdem etiam à S. Begga nomen ac inſtitutionem ſortitas, non minus traditione habetur: pro qua ex plurimis Begginagijs trium primariorum in Brabantia ſufficere debet teſtimonium, cùm etiam Veritate teſte, in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Primo itaque teſtantur Antuerpienſes Beggina, ſe ſemper ab antiquioribus audiuiſſe fundatricem Begginarum in Belgio D. Beggam fuiſſe, idemq́ confirmatum eſſe in Cathedra veritatis per Reuerendiſ. Antu. Epiſcopũ Ioannẽ Miræum, ann. 1605. die 17. Martij.*

17. *Secundo, fatentur Beggina Bruxellenſes, ab immemorabili tempore, velut certum habuiſſe, à quatuor*

17. Se-

vel quinque Curionibus Begginagij ſui ſibi inuicem ſuccedentibus, è ſuggeſtu edoctas, Vitam Begginarum à præfata Duciſſa inſtitutam, &c. 2

§. 18. Adducit, tertio, depoſitionem R.D. Paſtoris & DD. Rectricum Beg. Louanien. de imagine perantiqua ibidem aſſeruata cum inſcriptione, *Sancta* 3
Begga fundatrix Beghinarum, additque: Ne autem hæc imago vnica tantum eſſe credatur, nec vllam in alijs Begginarum Curijs ſimilem habuiſſe; præter aliorum aliquot locorum luculentam probationem quam adducere poſſemus, vnius Bruxellenſis Begginagij teſtimonio contenti erimus. In eodem namque quatuor vſque nunc reqeriuntur imagines, quæ quod nouiſſimam Eccleſiarum direptionem ac Iconoclaſtarũ rabiem expertæ ſint, ibidẽ mutilatæ ſuperſunt.

Dico 1. Non rectè hic allegari verba illa Veritatis: quia ſi in ea latitudine accipienda ſint, Daniel c. 13. non rectè dixit: *Inueterate dierum malorum... Rectè mentitus es in caput tuum*; Chriſtus 4
Matth. 26. tacendo approbauit, cum *nouiſsimè venerunt duo falſi teſtes*; Pontifex à multo tẽpore probabitur fuiſſe Antichriſtus: Teſtantur enim illud Lutherani & Caluiniſtæ, Et plurima contradictoria, probabuntur ſimul eſſe vera.

Dico 2. Decl. Verid. Fallere Lectorem. Solæ 5
enim Antuerpienſes teſtimoninm dant de Traditione: Bruxellenſes autem vt videre licet in Palatio pag. 58. ſolum declarant ſe à 4. vel 5. diuerſis Paſtoribus ſibi mutuo ſuccedentibus in ſede veritatis audiſſe, S. Beggam *fuiſſe Originem & initium vitæ Beghinagicæ* & pag. 148. ibidem repertas eſſe quatuor imagines, *quas præſumunt & pro certo tenẽt, repræſentare S. Beggam*, nulla facta mentione traditionis.

Digitized by Google

6 Similiter Louanienſes cum Paſtore ſuo nihil allegando de Traditione, vt patet ex eorum atteſtatione in eodem Palatio pag. 60. ſolum deponunt: *quod in Capella infirmariæ erecta à circiter 400. annis ... ad murum appenſa eſt certa quædam picturula, in qua depicta eſt S. Begga cum hac ſubſcriptione; Heylighe S. Begga fundaterſſe vande Beghijnen, planè antiqua & à vermibus exeſa*, &c.

7 Certè ſi aliqua Traditio iſtius rei Bruxellæ Antuerpiæ, Louanij fuiſſet, mirum quod ibi quondã Nicolao Cools, de quo ſupra in perf. n.3. & Antuerpiæ, D. Lumnio non fuerit nota, qui ibidem Paſtor fuit antequã vna omnium, quæ de ea teſtantur, ad Beghinagium fuit admiſſa, & ſcribit, vt refertur in Palatio pag. 118. fundationem & ordinationem Beghinagiorum vſque ad hæc tempora fuiſſe occultam, & ferè omnino manſiſſe ignotam.

Si etiam alibi talis traditio fuiſſet, mirũ quod illa Louanij Exim. D. Molano, Dieſtij Ven. D. Nicolao Eſcio, (qui ab anno 1540. ibidem fuit Paſtor) fuerit ignota: ac in celeberrimo Beghinagio Mechlin. & antiquiſſimo vt notat Gramayus, Viluordienſi, & Leodienſi primo Beginagio manſerit occulta. Valde præclara & ſubtilis eſt iſta traditio quæ huc vſque tam obſcurè apud quaſdam ſolum Beghinas in ſcrinio pectoris latuit, ita vt Paſtores 40. annorum eam aduertere non potuerint. Traditiones magis apertè, paſſim etiam pueris, ſolent eſſe notæ prout patet in traditionibus Eccleſiæ, etiam

aliqui-

aliquibus tantum locis obſeruari ſolitis, v. g. in Rogationibus & Feſto S. Marci abſtinendum eſſe à carnibus; quibuſdã locis Sabbatinis diebus licere vti pinguedine & iuſculis carnium, ac inter Natalẽ & Purificat. etiam carnibus. Antuerpienſes tamen teſtantur, *ſe Lumnio, cum ipſis conaretur perſuadere nouam ſententiam de Lamberto Begui, non credidiſſe*: Ei videlicet à quo in ſimpicitate cordis, traditionem, ſi qua erat, debebant accepiſſe, vt infra n. 8. dicetur.

Dico itaque 3. Ad probandam traditionem 8
non ſufficere, prout ſuper indicauimus, quod quatuor aut quinque Beghinæ (etiamſi ſub iuramento articulatim ſingulæ examinatæ inter ſe conuenirent) in eo quod à ſenioribus ſe iſta audiſſe teſtantur, conſentiant, ſed requiri, vt, ſi non ex omnibus, ſaltem ex pleriſque Beghinagijs, proferãtur teſtimonia, quibus debitè probetur, ſeniores iſtas à quibus ipſis traditum eſt, ab alijs magis ſenioribus, & ita conſequenter per aliquot ſecula, iſta accepiſſe, & ibidem communiter ita credita fuiſſe; adeoque vt probetur, quod per continuam ſucceſſionem tanquam eis tradita habita fuerint. Quod ſine ſcriptis & munimentis nihilominus fieri non poteſt, prout etiam traditiones Eccleſiæ ſine certa ſucceſſione & ſubſidio SS. Canonum & ſcriptis SS. Patrum, ad hæc tempora non peruenerunt, niſi fortè iſtæ Begginæ habeant gratiam Pythagoricam de qua infra ſect. 16. n. 13. Et quid dico de Senioribus! Irenæus l. 3. c. 4.

ſcribit

ſcribit, Oportere ſequi ordinē Traditionis quā Apoſtoli tradiderunt ijs, quibus commiſerunt Eccleſias. A Lumnio itaque, Cools, Nicolao Eſchio petenda erat iſta traditio, ſi qua ſit, vel vnquam fuerit; non vero à priuatis Beghinis, aut vno aut altero Beghinagio. Iam verô plura adhuc ſunt, in quibus hactenus ne quidem nomen S. Beggæ eſt auditum.

9 Sanè nomen Traditionis eo modo non debet hæreticis vicinis ludibrio exponi. antiquis PP. illud in majori honore fuit. Athanaſius in Decretis Synodi Nicenæ contra Euſebium: *Ecce*, inquit, *nos quidem ex Patribus ad Patres per manus traditam fuiſſe hanc ſententiam, demonſtrauimus: vos autem ô noui Iudæi & Caiphæ filij, quos tandem nominum veſtrorum poteſtis oſtendere progenitores?* D. Baſilius contra Eunomium l. 1. *Non reuerebimur Chriſtianorum multitudinem, tam eorum qui ſunt, quam eorum qui fuerunt ex quo Euangelium prædicatum eſt?* Item Origines Tract. 20. in Matth. *Nos illis credere non debemus .... niſi quemadmodum per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis.* Demonſtrent igitur Begginæ, oſtendant Beggardi per continuam ſucceſſionem à ſenioribus ad ſeniores, ex quo S. Begga eos inſtituit, ſententiam quam modo proferunt, traditam, & pro tali ſemper habitam fuiſſe, dicam, non traductio eſt, ſed cum Chryſoſt. in 2. Theſſ. 2. *Traditio eſt, non quæras amplius.*

10 *De Imaginibus S. Beggæ.*

QVod ad imagines attinet, aliorum aliquot loco-

locorum luculentam probationem, quam dicit ſe adducere poſſe, potius adducere debuiſſet. quia, an quatuor iſtæ imagines quæ Bruxellæ partim mutilitatæ repertæ fuerunt, ſint S. Beggæ, meritò dubitari poteſt, nã etiã S. Reynildis, quæ fuit ex cognatione S. Beggæ, eo modo pingi ſolet ſpecie peregrinę cũ gladio, quia gladio, martyrij palmam conſecuta eſt. Et quid S. Beggæ cum gladio, quæ ante peregrinationem regimen Patriæ reliquerat & filio Pipino reſignarat? Mirum ſanè quod Begginagia non ſint referta imaginibus S. Beggæ, cum ex tanta traditione tam authenticè confirmata, eam pro inſtitutrice ſemper habuerint, & quod D. Ver. non faciat mentionem imaginum quæ reperiuntur in Chronicis: & quas nuper Antuerpiæ excudi curarunt cum ſubſcriptione *S. Begga fundatrix Begginarum*, in quibus adiunguntur 11
genuflexæ habitu moderno Beghinarum, cum ſignis ſanctitatis ſiue coronis in capite, S. Geertruyt van Ooſten, & S. Iſabel van Hoy, cum remonſtrantia Ven. Sacramenti in manu, quæ, fortè nunquam audiuerunt nominari S. Beggam, Iſabellam autem iſtam dicit Chapeauillius, notat. ad c. 6. l. 1. Hocſemij, fuiſſe recluſam. P. Barth. Fiſen de orig. Feſti Ven. Sac. c. 26. fuiſſe *religioſam feminam ad ſublimen virtutis gradum euectam, regia inſiſtentem via ſanctæ crucis*, quæ opera Iulianæ Leodij in familiã cœnobij Corneliani Pręm. Ord. recepta eſt. Viderint iſti nouitatum amatores, quam ſolido fundamen-

ſcribit, Oportere ſequi ordinẽ Traditionis quã Apoſtoli tradiderunt ijs, quibus commiſerunt Eccleſias. A Lumnio itaque, Cools, Nicolao Eſchio petenda erat iſta traditio, ſi qua ſit, vel vnquam fuerit; non vero à priuatis Beghinis, aut vno aut altero Beghinagio. Iam verô plura adhuc ſunt, in quibus hactenus ne quidem nomen S. Beggæ eſt auditum.

9 Sanè nomen Traditionis eo modo non debet hæreticis vicinis ludibrio exponi. antiquis PP. illud in majori honore fuit. Athanaſius in Decretis Synodi Nicenæ contra Euſebium: *Ecce*, inquit, *nos quidem ex Patribus ad Patres per manus traditam fuiſſe hanc ſententiam demonſtrauimus: vos autem ô noui Iudæi & Caiphæ filij, quos tandem nominum veſtrorum poteſtis oſtendere progenitores?* D. Baſilius contra Eunomium l. 1. *Non reuerebimur Chriſtianorum multitudinem, tam eorum qui ſunt, quam eorum qui fuerunt ex quo Euangelium prædicatum eſt?* Item Origines Tract. 20. in Matth. *Nos illis credere non debemus .... niſi quemadmodum per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis.* Demonſtrent igitur Begginæ, oſtendant Beggardi per continuam ſucceſſionem à ſenioribus ad ſeniores, ex quo S. Begga eos inſtituit, ſententiam quam modo proferunt, traditam, & pro tali ſemper habitam fuiſſe, dicam, non traductio eſt, ſed cum Chryſoſt. in 2. Theſſ. 2. *Traditio eſt, non quæras amplius.*

10 *De Imaginibus S. Beggæ.*

QVod ad imagines attinet, aliorum aliquot loco-

locorum luculentam probationem, quam dicit ſe adducere poſſe, potius adducere debuiſſet. quia, an quatuor iſtæ imagines quæ Bruxellæ partim mutilitatæ repertæ fuerunt, ſint S. Beggæ, meritô dubitari poteſt, nã etiã S. Reynildis, quæ fuit ex cognatione S. Beggæ, eo modo pingi ſolet ſpecie peregrinę cũ gladio, quia gladio, martyrij palmam conſecuta eſt. Et quid S. Beggæ cum gladio, quæ ante peregrinationem regimen Patriæ reliquerat & filio Pipino reſignarat? Mirum ſanè quod Begginagia non ſint referta imaginibus S. Beggæ, cum ex tanta traditione tam authenticè confirmata, eam pro inſtitutrice ſemper habuerint, & quod D. Ver. non faciat mentionem imaginum quæ reperiuntur in Chronicis: & quas nuper Antuerpiæ excudi curarunt cum ſubſcriptione *S. Begga fundatrix Begginarum*, in quibus adiunguntur genuflexæ habitu moderno Beghinarum, cum ſignis ſanctitatis ſiue coronis in capite, S. Geertruyt van Ooſten, & S. Iſabel van Hoy, cum remonſtrantia Ven. Sacramenti in manu, quæ, fortè nunquam audiuerunt nominari S. Beggam, Iſabellam autem iſtam dicit Chapeauillius, notat. ad c. 6. l. 1. Hocſemij, fuiſſe recluſam. P. Barth. Fiſen de orig. Feſti Ven. Sac. c. 26. fuiſſe *religioſam feminam ad ſublimen virtutis gradum euectam, regia inſiſtentem via ſanctæ crucis*, quæ opera Iulianæ Leodij in familiã cœnobij Corneliani Pręm. Ord. recepta eſt. Viderint iſti nouitatum amatores, quam ſolido fundamen-

to (quia videlicet in ſpeculo exemplorum à P. Ioan. Dieſtemio vocatur Beghina, fortè generali nomine, prout omnes Deuotarias ac etiam Moniales aliquando dictas fuiſſe ſupra oſtendimus) eam tanquam Beghinam huius temporis producant. An iſtæ duæ tanquam ſanctæ, & tales imagines etiam in templis collocari poſſint abſque approbatione, iuxta Concil. Trid. ſſ. 25. & Decretum Congregationis S. Rom. Inquiſ. habitæ coram S. D. N. Vrbano 13.
12 Martij 1628. quo *declarauit, ſtatuit & decreuit, ne quorumuis hominum cum ſanctitatis ſeu martyrÿ fama (quantacumque illa ſit) defunctorum imagines aliaque prædicta* (videlicet miracula reuelationes) *& quodcumque aliud venerationem & cultum præ ſe ferens & indicans in Oratorÿs aut locis publicis ſeu priuatis vel Eccleſÿs,&c. apponantur, antequam à Sede Apoſtolica canonizentur aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſitæ ſunt) amoueantur, prout eas ſtatim amoueri mandauit*, Theologis decidendum relinquo. Ego interim, quia pictorum atque ſcriptorum ſemper fuit æqua poteſtas (qua temere in ſacris vti non deberent) eas etiam in prædicamento Chronicorum cum recentioribus authoribus, de quibus infra, collocabo. Si alibi in Beginagijs reperirentur templa vel altaria ab antiquo ad nomen & memoriam S. Beggæ cõſecrata, maius inde ſumi poſſet argumentum, quamuis nihilominus inſufficiens contra ſupra dicta, abſque adminiculo authenticorum munimentorum. Credo quod ne quidem vnam com-

commemorationem de S. Begga ante viginti annos habitam fuiſſe in aliquo Beginagio, etiã vbi opinionem habuerunt S. Beggam illa inſtituiſſe, docere poterunt, cum tamen ferè nulla ſit Sancta in Calendario, quæ non celebretur in pleriſque Beginagijs ſolenni officio. Signum ſanè, quod etiamſi aliquæ opinionem habuerint, fidem tamen eidem communiter non adhibuerint.

Dicit Dec. Verid. infra §. 66. *Quod facilè eſſet demonſtrare in diſtinctis Begginagijs altaria fuiſſe ad nomen & memoriam S. Beggæ conſecrata, vti Louanij & alibi.* 13

Verum ex dictis ſatis patet, quam vera ſit iſta Declaratio. Reperta enim fuit Louanij vt ſup. §. 18. vna picturula ad murum. Ex ea facile demonſtrabit D. V. altaria fuiſſe conſecrata. Dialectica demonſtratio reducta per impoſſibile. Quod vero Ep. Miræus fel. rec. & aliqui Paſtores, qui rem iſtam non ſatis examinarunt, in concione hoc dixerint, facilè contingere potuit, cum ſcirent illud haberi in præfatione Regulæ, de qua infra §. 23.

SECTIO XVI.

De Chronicis Brabantiæ & varijs Authoribus.

PAragr. 19. & 20. volutatur in Chronicis *Patriæ quæ per annos amplius ducentos temporibus ſucceſſiuis impreſſa vel manu ſcripta aſſertioni huic teſtimonium præbent, adeo vt præcedentium ſecularum tria vel quatuor exemplaria, inquit, producere poſſemus.* 1

Dico

Dico 1. Præcedentium ſeculorum exemplaria, modô eſſent alicuius probati authoris, aut pro talibus in aliquâ celebri Bibliotheca ſemper habita fuiſſent, maioris futura fuiſſe authoritatis, adeoque illa proferenda erant. Quò enim ſcriptores ſunt antiquiores, eo maiorem fidem merentur, tanquam ſcribentes ea de quibus maiorem notitiam habere potuerunt, quam eorum ſucceſſores.

Dico 2. Quatuor Chronica citari ſine no-
2 mine authoris, quæ vt ſatis apparet conſarcinata ſunt à quodam imperito collectore, & ſunt idem ſæpius cum auctarijs impreſſum. ijſdem illa verbis, vt videre eſt in Palatio pag. 130. habent: *Ab hac Begga dicitur quod Begbinæ nomen ſuum primô obtinuerunt, quia multas deuotas mulieres & domicellas ſecum habebat, quæ Deo intimè ſeruiebant.* Decla. Verid. §. 20. pro authoritate ſua, legit cum additione, *Ab hac Begga communiter dicitur*, &c. Interim quanti ſint iſta chronica facienda, prudens lector facilè iudicare poteſt, quando deprehenduntur plures aniles fabulę, ſenum deliramenta, & concluſiones collegij Parcarum, ex vulgi rumoribus tanquam colo eductæ, ijſdem eſſe intexta. Imo & in ipſo cap. vnde dicta verba deſumpta ſunt, habetur,
3 Quod *S. Begga iam quieſcit Coloniæ in Monaſterio Monialium S. Mariæ nuncupatum, quod ipſa primo fundauerat.* Conſtat autem quieſcere Andanæ. & Monaſterium de quo agitur deprehenditur non eſſe aliud, quam quod vocatur B. Mariæ in Capito-

Capitolio, quod olim M. Agrippa ibi cõſtruxit, & in quo Pipinus F. S. Beggæ reſedit, & vt habent eadem Chronic. quod Plectrudis vxor eiuſdem fundauit collegium nobilium Canoniſſarum, vt habet Sacrarium Agrippinæ. Itaq; dum Chronica iſta apertè falſa reperiantur, in ijs quæ aſſerunt; ijs quę ex rumore ſolum referre indicant, fides adhibenda erit? Talis porrò ſunt authoritatis iſta Chronica, vt vix aliquis intelligens ijs velit concedere locum in ſua Bibliotheca, & deſtinentur paſſim ad mulieres quæ vendunt omaſum. Et etiamſi alicuius eſſent authoritatis: cum apertè, vt dixi, ex ſolo rumore ſupra dicta de nomine Beghinarum proferant, dum habent, *Ab hac Begga dicitur*, &c. parum ad rem faciunt.

Ex reliquis, ferè eiuſdem farinæ, *quorum omnium*, inquit, *hæc eſt vno ore ſententia, Ab hac Begga Begginas ac Beggardos nomen retinere*, aduertere licet,

Quomodo vani rumores accipiant incrementa: quod enim in antiquioribus Chronicis, ſolum tanquam ex rumore vulgi indicatur proferri, in poſterioribus aſſertiuè ponitur.

Adfert §. 21. quæ ex additionibus Molani ad Martyrolog. Vſuardi ſect. 8. n. 2. poſita ſunt, non obſtante quod ea quæ ex Indiculo ibidem ſubiunguntur, ſatis viderit. & §. 22. dicit Molanum propter communicationem cum Lumnio, rem hanc poſtmodum habuiſſe dubiam, &c. Verum non video quo fundamento iſta tam confidenter dicat: conſtat enim Lum- 4

Digitized by Google

nium quinque vel ſex demum annis ante mortem Leodio accepiſſe vitam Ven. Lamberti Beghi, ex eaque librum de origine Beghinarum ſcripſiſſe, adeoque poſt obitum Molani, qui iam vltra 20. annos antea Indiculum ediderat. Magis credendum Card. Baron. qui Molanum ex tabulis Eccleſiæ Andanenſis, quæ in Idniculo ſcribit, accepiſſe, in Not. ad Martyr. Deinde multum fallitur Dec. Verid. quod exiſtimet Molani teſtimonium ſaltem valere, ad demonſtrandum, quod alia fuerint Martyrologia & authores qui id ipſum aſſererent: id enim ſi ita eſſet, Molanus non tam abſolutè ſententiam mutaſſet. Et P. Elias, qui ex Rubea valle & aliunde plura documenta accepit, etiam extracta ex Martyrologijs apud Molanum citatis,
5 potuiſſet obtinere, quę maioris fuiſſent authoritatis. Repertum eſt tamen exemplar Germanicum, quod cum ad verbum reſpondeat cum Molano ſupra: ſiue illud ex Molano tranſlatum ſit, ſiue Molanus illud ſecutus fuerit, retractato ſuo, etiam illud reieciſſe cenſetur.

De Præfatione Regulæ Beghinagiorum.

6 PAragr. 23. Subſcripſerunt, *inquit*, eidem ſententiæ Ill. Archiep. Mechlin. D. Ioannes Hanchinus, & D. Matthias Houius, quorum etiam teſtimonia hîc duximus annectenda, quæ totidem verbis ex Flandrico tranſlatis, habentur in proœmio ſtatutorum Begginalium Curiarum per vniuerſam Diocœſim Mechlinienſem. *Anno Domini 666. in Belgio præter ſalutares alios ordines inſtituta fuit laudabilis Beghinarum Congregatio, nomen habens à D. Begga S. Gertrudis ſorore, ac Pipini*

Pipini primi Brabantiæ Ducis filia, qui permiſit vtrique prædictæ filiæ ſuæ, ſpirituali ſe vitæ tradere: Sancta autem Gertrude virgine exiſtente ac permanente; Begga poſt mortem mariti Anſygiſi Marchionis ſacri Imperij, ſub quo Antuerpia Lyraque conſiſtunt, palatium ſuum ac Curiam ſæcularem in ſpiritualem aulam ac congregationem conuertit. ac inde prouenit quod huiuſmodi loca non clauſtra, vel Conuentus vocentur, ſed (HOVEN) *Curiæ in memoriam quòd primùm à tam digna principe ſint inſtituta.*

Poteſt ne dici, hic eſſe *Teſtimonia*, vt ſe *annectere* declarat D. Ver. Teſtimonia diſtingui à ſimplici narratione vel aſſertione, notum eſt. Interim

Reſp. Authorem iſtius Præfationis ſecutum eſſe ſententiam quam ex Chronicis probabilem, & ex Martyrologio Molani, quod ferè ſolum eo tempore in vſu erat, tanquam certam habuit, adeoq; aliorum opinionem ſecutũ eſſe. Si enim Author iſte vidiſſet ea quæ ex Indiculo Molani ſ. 8. n. 3. poſuimus, vel ipſe propius hoc examinaſſet, proculdubio aliter ſcripſiſſet & depræhendiſſet, circa illa tempora aut illo ſeculo nullos Ordines in Belgio vel alibi fuiſſe inſtitutos, nullumque locum reperiri poſſe, qui ante tempora Lamberti Beghi nomen Beghinagij habuit, adeoque nomen Beghinæ & Beghardi vſque ad illa tempora fuiſſe ignotum, vt ſup. ſect. 9. n. 25. fatetur etiam ipſe Author Palatij. 2. Quomodo dici poſſit quod *Pipinus permiſit vtrique filiæ ſuæ vitæ ſpirituali ſe dare*, ex antiquis earum legendis, & officijs, cum permiſſione Reuer. Ep. Namurcen. impreſſis, colligi poteſt. De Gertrude enim legitur, quod non 7

 obſtan-

obſtante quod declaraſſet ſe ſponſum habere Christum, Pater credens eius propoſitum conſeruandæ virginitatis eſſe pueriliſ leuitatis, voluit eam petenti iuueni Matrimonio coniungere, & quod à Matre occultata, quamdiu potuit, ſe ab aſpectu Patris abſcōdit: ſed cum demum prodita diutius celari non poſſet, Matris ſuæ auxilio in orientalem Franciam fugiſſe vbi ob votum tutandæ caſtitatis; inſignem baſilicam ædificauit. In quadam autem antiqua legenda Rubeæ Vallis & vita S. Gertrudis adiuncta Martyrologio Vſuardi habetur Pipinum obijſſe, dum Gertrudis eſſet 14. annorum: ita vt abſque fundamento dicatur, quod ipſe ei permiſit vitæ ſpirituali ſe dare: quod multò minus de S. Begga dici poteſt, de qua in M. S. Andanenſi & Rubeæ Vallis legitur: *Gertrude Chriſto conſecrata, felix Begga cum parentibus manſit in aula regali, ſi quando oportunum foret, iuxta morem ſeculi, felicibus auſpicijs, ſicut dignū erat, traderent eam marito. Nec mora, affuit euentus & Anſigiſo deſponſatur* &c. & tandem 38. annis poſt obitum Pipini Monaſt. And. fundauit.

3. Cum conſtet ex Sigeberto & alijs, Anſigiſum anno 686. occiſum fuiſſe, & in dicta præfatione dicatur, poſt mortem mariti Palatium ſuum in ſpiritualem aulam conuertiſſe: quomodo dici poteſt, quod anno 666. inſtituta fuit laudabilis congregatio Beghinarum?

8 Quomodo verum ſit, quod S. Begga palatiū ſuum in Beghinagium conuertit, vt ideo Begi-

na-

Digitized by Google

nagia Curiæ dicātur, patet ex Gramay Hiſtoria Brabantica, vbi ex fundatione cœnobij Andan. habet. *Illa enim* (S. Begga occiſo marito) *in Sylua Arduennæ receſſus dilapſa, quod vitæ reliquum erat D. conſecrauit.* Addit ex Bogardo l. 7. rerum Louanienſium, Pipinum *poſt parentum alterius mortem, alterius fugam, reipublicæ negocium ſuſcepiſſe.* Et in Vita M. S. legitur, quod S. Begga intellecta morte mariti, timens occiſorem, ſola per oſtiolum caſtri Capremōtij egreſſa, ductu hinnuli Moſam tranſiuit in Villam Hesbaye, ac diſpoſitis negocijs ſuis, cum omni diligentia Romam profecta eſt. Poteſt ne ex his inferri S. Beggam fugiſse ad Palatium, vt illud in Beghinagium conuerteret, adeoq; in receſſibus Syluæ Arduennæ fuiſse illud palatium, quod in Beghinagium conuertit, à quo Beghinagia nomen Curiæ obtinuerunt? Lambertus Beghus in curte ſeu horto ſuo (quem amplū ad muros Leod. habebat) primum Beghinagium fundaſse c. 9. n. 27. legitur. Pleraque Beginagia in Belgio paſſim extra muros ciuitatis abſque veſtigijs palatiorum fundamenta iecerunt. Henricus & 9
Aleidis Duces Brab. Arſchoti 1259. Beghinis horreum ſuum aſſignarunt. Lirenſes ex traditione referunt, à Duciſſa quadam, ſibi donatam villam ſiue curtem, & ex eius horreo factū eſse templum, prout ipſa ſtructura etiam hodie confirmat.

In infirmarijs fere omnibus, à quibus plæraque Beghinagia initia ſumpſerunt, curtes ſiue

obſtante quod declaraſſet ſe ſponſum habere Chriſtum, Pater credens eius propoſitum conſeruandæ virginitatis eſſe puerilis leuitatis, voluit eam petenti iuueni Matrimonio coniungere, & quod à Matre occultata, quamdiu potuit, ſe ab aſpectu Patris abſcōdit: ſed cum demum prodita diutius celari non poſſet, Matris ſuæ auxilio in orientalem Franciam fugiſſe vbi ob votum tutandæ caſtitatis; inſignem baſilicam ædificauit. In quadam autem antiqua legenda Rubeæ Vallis & vita S. Gertrudis adiuncta Martyrologio Vſuardi habetur Pipinum obijſse, dum Gertrudis eſſet 14. annorum: ita vt abſque fundamento dicatur, quod ipſe ei permiſit vitæ ſpirituali ſe dare: quod multò minus de S. Begga dici poteſt, de qua in M. S. Andanenſi & Rubeæ Vallis legitur: *Gertrude Chriſto conſecrata, felix Begga cum parentibus manſit in aula regali, ſi quando oportunum foret, iuxta morem ſeculi, felicibus auſpicijs, ſicut dignũ erat, traderent eam marito. Nec mora, affuit euentus & Anſigiſo deſponſatur* &c. & tandem 38. annis poſt obitum Pipini Monaſt. And. fundauit.

3. Cum conſtet ex Sigeberto & alijs, Anſigiſum anno 686. occiſum fuiſſe, & in dicta præfatione dicatur, poſt mortem mariti Palatium ſuum in ſpiritualem aulam conuertiſſe: quomodo dici poteſt, quod anno 666. inſtituta fuit laudabilis congregatio Beghinarum?

8 Quomodo verum ſit, quod S. Begga palatiũ ſuum in Beghinagium conuertit, vt ideo Begi-

na-

nagia Curiæ dicãtur, patet ex Gramay Hiſtoria Brabantica, vbi ex fundatione cœnobij Andan. habet. *Illa enim* (S. Begga occiſo marito) *in Sylua Arduennæ receſſus dilapſa, quod vitæ reliquum erat D. conſecrauit*. Addit ex Bogardo l. 7. rerum Louanienſium, Pipinum *poſt parentum alterius mortem, alterius fugam, reipublicæ negocium ſuſcepiſſe*. Et in Vita M. S. legitur, quod S. Begga intellecta morte mariti, timens occiſorem, ſola per oſtiolum caſtri Capremõtij egreſſa, ductu hinnuli Moſam tranſiuit in Villam Hesbaye, ac diſpoſitis negocijs ſuis, cum omni diligentia Romam profecta eſt. Poteſt ne ex his inferri S. Beggam fugiſse ad Palatium, vt illud in Beghinagium conuerteret, adeoq; in receſſibus Syluæ Arduennæ fuiſse illud palatium, quod in Beghinagium conuertit, à quo Beghinagia nomen Curiæ obtinuerunt? Lambertus Beghus in curte ſeu horto ſuo (quem amplũ ad muros Leod. habebat) primum Beghinagium fundaſse ſ. 9. n. 27. legitur. Pleraque Beginagia in Belgio paſſim extra muros ciuitatis abſque veſtigijs 9
palatiorum fundamenta iecerunt. Henricus & Aleidis Duces Brab. Arſchoti 1259. Beghinis horreum ſuum aſſignarunt. Lirenſes ex traditione referunt, à Duciſsa quadam, ſibi donatam villam ſiue curtem, & ex eius horreo factũ eſse templum, prout ipſa ſtructura etiam hodie confirmat.

In infirmarijs fere omnibus, à quibus plæraque Beghinagia initia ſumpſerunt, curtes ſiue

villæ, ſicut olim, ita etiamnum viſuntur, in quibus equi pro agricultura, vaccæ, oues, porci, &c. ad vſum œconomicum aluntur. vnde etiam antiquitus, vt patet ex antiquis monumentis, Beghinagia vocabantur Curtes (quæ vox non ſignificat Palatium) Et quamuis etiam vocētur Curię, notandum apud antiquos Scriptores Curtes ſiue prædia etiam vocari Curias, vt infra ſect. 17. n. 3. dicetur. Iudicent prudentiores, quomodo Beghinagia *Houen*, dicantur. An potius ab horto, prout etiã in Præfatione ſupra dicta additur, & refert Pal. p. 48. *Vel etiam quod ipſa* (S. Begga) *loca iſta*, hoven, *hortos vocauit, quia in ijs omnis generis fructus & virtutes plantantur.* Sicut etiam Bernardus Card. S. Crucis, Patriarcha Ieroſol. litteras dedit ad inſtantiam *Rectoris & Magiſtrarum Orti congregationis Beghinarum prope muros opidi Mechlinien.* anno 1508.

10 Verum Author Palatij pag. 54. volens oſtēdere ſe etiam Canones legiſſe, ex Zepherino, qui, vt refertur c. Duodecim 5. q. 4. decernit, cauſſam Epiſcopi accuſati ad ſedem Apoſtolicam eſſe deferendam, vt ibi terminetur, colligit *quod nemo particularis, ſcripta Epiſcoporum deberet* (verleggē) *ſeponere, vel pro nonfundatis* (te mellen). *publicare, quod ſoli Pontifici Romano cōpetit, ſine cuius commiſſione nulli homines aliter aliquã ſententiã poſſunt pronuntiare cōtra Ep.* Subtilis ſanè collectio. Canoniſtis & Theologis ſatis notum eſt, non eſſe nouum, quod Epiſcopis, verum etiam Cardina-

dinalibus & Pontificibus, præſertim in rebus Hiſtoricis, à priuatis fuit contradictum, eoſque in ſimilibus etiam falli & errare poſſe. Exemplū ſuppeditat Dec. Ver. infra, §. 61. vbi refert Card. Baronium & Bellarminum ſe opponentes ſententiæ etiam à Pontificibus approbatæ. Quin & ipſemet pag. 5. reijcit Ven. Thomam à Cantip. quem etiam Epiſcopum fuiſſe conſtat. *Turpe eſt Doctori, cum culpa redarguit ipſum.*

§. 24. Adfert authoritatem Ill. DD. Nunciorum Apoſtolicorum, qui conceſſerunt Indulgentias anno quidem 1626. *Inſra octauas feſtiuitatum S. Beguæ fundatricis Beguinarum.* & an. 1628. viſitantibus Eccleſiam Begginagij *in feſto S. Beggæ Duciſſæ Brabantiæ & patronæ ſeu eiuſmodi inſtituti fundatricis.* Reſp. Ea quæ in eiuſmodi litteris ex allegatione ſupplicantium narratiuè ſolum ponuntur, eo ipſo tanquam approbata haberi non debere; ſed potius ſubreptitias cēſendas eſſe tales litteras, quādo in eis aliquid falſi aſſeritur, quod eſt cauſſa finalis conceſſionis. Neq; enim Antiſtites intendunt approbare, ea quæ ſolum ex relatione aliorum litteris ſuis inſeruntur, ſed apponunt ſigillum in robur & confirmationem eorum quæ in litteris ſuis diſponuntur. Epiſcopi verò multo minus eadem relata aliorum approbare intendunt, quādo concedunt v. g. vt Indulgentiæ publicari poſſint, prout ſibi perſuadet D. V. infra §. 64. Aliud eſſet ſi Decreto ſuo hoc declararent: tunc enim præſumerentur ſufficienter fuiſſe 11

Digitized by Google

informati, quamuis nihilominus falli potuiſſent.

Annumerari his poſſent, *inquit*, authores non pauci . . . . qui omnes vno ore nobiſcum ſentiunt.

12 Reſp. Hiſtoricis fidem adhibendam eſſe cũ ſcribunt ex profeſſo de rebus quas ipſi viderunt, vel quæ ſuo tempore, aut paulo ante contigiſſe à fide dignis audiuerunt, vel exactè examinarunt. Ita S. Lucas in præfatione Euang. *Viſum eſt, & mihi aſſecuto omnia*, ab ijs videlicet *qui ab initio ipſi viderunt . . . diligenter ſcribere*. Cum verô ſcribunt de rebus multo ante tempore geſtis aut obiter ſolum hiſtoriam aliquam tractant, amplectenda eſſe ea, quæ ex antiquioribus proferũt, vel ex antiquorum ſcriptis & antiquis munimentis educunt & probant. Non enim merentur recentiores, dum de rebus antiquis ſcribunt, maiorem fidem quam antiqui Scriptores & monumenta ex quibus ſua

13 hauſerunt, vel colligere potuerunt; adeoque quando antiquiores non minore fide digni proferuntur quam ſunt recentiores, ijs potius adhærendum & à recentioribus recedendum eſt. Cum itaque aliquot antiquiores ſupra ſect. 9. producti ſint, & ad Chronica & munimeta antiqua & traditiones, quibus Dec. Ve. & Aut. Pal. probare nituntur Beggardos & Begginas originem & inſtitutionem ducere à S. Begga reſponſum ſit, parum iuuant recentiores authores, qui ea ſecuti ſunt; niſi alia & magis authentica, quam hactenus, producta ſunt,

ipſi

ipſi proferant documenta, aut fortè inter recentiores reperiantur Pythagorici, ad quos per varias tranſanimationes peruenit anima alicuius, qui tempore S. Beggæ & Lamberti Beghi vixit, occulta iſta traditio in lucem producta ſit: ſolutis namque fundamentis, corruit quod ſuper illud nouiter ædificatur, quamuis mira & plauſibili probabilitate reſplendeat, & vana ſit diſciplina doctrinæ authoris non aliter ſapientis, quando in tam abſconditis hiſtoriarum conuerſatur, vt veritas quibus fulciantur narrationes virorum nominatorum, in ijs reperiri non poſſit.

Verum quam veridicè declaret authores quos citat & dicit; *omnes vno ore ſecum ſentire*, & quantum ad rem faciant, paucis expendamus. Nominat. 1. *R. D. Petrum à Blyenburch S. T. L.* qui, vt patet in Palatio pag. 105. tantum in Epiſtolis quas edidit 1565. dicit Beghinas eſſe congregationis S. Beggæ, abſque vlla probatione. 14

2. *PP. Alexandrum Boully* & *Ioachimum à Puteo* Begardos, qui in propria cauſa dicunt teſtimonium, fundatum in munimentis de quibus ſupra ſect. 13. quibus poſset dici; Teſtimonium perhibetis de vobis ipſis, teſtimonium veſtrum non eſt verum.

3. *R. D. Gramayum*, de cuius ſententijs ſupra ſect. 4. n. 2. & ſect. 9. n. 8. ſatis dictum eſt.

4. Fraudulenter ponit, *Gen. D. Guil. Rebreuiettes*, qui vt ſup. ſect. 9. n. 6. ſolum dicit, Niuellen-

Digitized by Google

ſes olim fuiſſe vocatas Beghinas, & addit: nomen illud intermiſſum, *fuiſſe reſumptum per quendam ciuem Leodienſem nomine le Beggue, qui cum inſtituiſſet Beghinas quas modo habemus, ipſa fuerunt ita vocatæ de ipſius nomine, ex quo patronymicum hoc fuit formatũ.* Eſtne hoc vno ore conſentire cũ Dec. Ver.

15 5. *Amp. D. Laurentius van Haecht*, præterquam quod in præfatione indicet ſe ex coniecturis multa poſuiſſe, adeoque plura collegiſſe quæ non ſubſiſtunt; huic tamen ſententiæ parum fauet, & malè refertur in Palatio pag. 114. Dicit, enim, S. Beggam curaſſe ædificari Monaſterium nobilium Dominarum & Canoniſſarum, & ſubdit: *Beghinæ primo nomen ab ea obtinuerunt*, vercreghen midts, *eo quod Beghinas ibidem inſtituiſſet, prout aliqui volunt dicere, quamuis de eo non ſit magna certitudo.* Expendat Lector an in Palatio rectè dicatur eundem referre, *quod S. Begga Andanæ ſeptem Eccleſias inſtituit & Beghinas ibidem inchoauit, quamuis dicat non eſſe magnam certitudinem, an ibidem an alibi Beghinas fundauit.* Maior ſanè fides requiritur in Hiſtorico, præſertim vbi agitur de propagando cultu Sanctorum.

16 6. Valde appoſitè citatur Echo S. Norberti R. D. Chryſoſtomi vander Sterre: Echo enim, quæ ſecundum diuerſa obiecta, etiam contradictoria reſonat, non incongruè repræſentat Authores, qui materias non examinant, ſed ſolum obiter aliorum ſententias proferunt, adeoque ſuas facilè mutant.

Quare

Quare cum Echo iſta ſolum in triumphali circuitu S. Norberti quaſi in tranſitu, referat: pag. 237. *Sub fori initium RR. PP. Beggardi quos vt & Begginas à S. Principe quondam noſtra D. Begga ſic dictos credimus, quod eius inſtitutionem ſectentur, &c.* parum facit ad firmandã & ſtabiliendã nouam ſententiã, prout etiam R. P. Æ. de Monin, qui aliorum ſententiam referens in Sacrario Namurcen. pag. 16. ſcribit: *S. Begga ... Andanenſe inſtituit Monaſterium, in quo Deo ſacrata, reliquum vitæ ſanctiſſimè exegit.* Et pag. 12. *Monaſterium hîc* (Andanæ) *inſtituit accitis Niuella virginibus, quas inter piè viuens ac moriens, ibidem ſepulta eſt.* & addit: *Sunt qui ab hac ſancta, Beginas toto Belgio celebres nomen primitet, & inſtitutum, à Lamberto autem Beguio Eburone incrementum accepiſſe haud ſine ratione arbitrentur.*

Addit Dec. Ver. Quibus inſuper adiungi poſſent 17
verſatiſſimi aliquot Hiſtoriographi & auctores alij, qui inſpectis ſententiæ noſtræ probationibus, magnam eis probabilitatem aſſcripſerunt.

Poſſem & ego plures Theologos, & alios doctos viros proferre, qui inſpecta Diſputatiuncula quam nuper exhibueram, contrarium Litteris ſuis declararunt. Ne Lectori moleſtus ſim tranſumptum vnius ſolum pono.

Diſputationem de origine Beginarum ... munuſculum mihi gratiſsimum accepi ... eamque legi, imo & cum voluptate iterum & iterum relegi. opinionẽ enim meam, quam ſemper habui, ſcilicet Beginas nec nomen, nec originem, nec inſtitutum accepiſſe à S. Begga, roborauí,

rauit; neque hactenus fundamentum aliquod aut audiui, aut legi, nec veſtigium aliquod inuenire potui, ex quo contrarium probari poſsit. Gaudeo R.T. *veritatis amatorem hac ſua Hiſtorica diſputatione, opinionem fabuloſam quorundam debilitaſſe, &c.*

18 Quod Dec. Verid. ijs qui ſententiæ ſuæ magnam probabilitatem aſcripſerunt, etiam aſcribat R. P. Eliam, mirum non eſt, cum ipſe iſtius ſententiæ ſit præcipuus incentor, & omnes probationes iſtius ſententiæ ſingulari zelo collegit. Sed mirum, quo iudicio authoribus iſtis aſcribat Lumnium?

Quia, *inquit*, vel coactus fateri debuit eruditos aliquot grauesq; viros, & qui magnæ dignitatis eſſent, olim tenuiſſe ac ſcriptis ſuis euulgaſſe Begginarum nomen à *Sancta Begga* profluxiſſe, ac etiam fuiſſe primariam Begginariorum inſtitutricem, licet ipſe contrarium ſenſerit.

Egregiè & ſolidè citatur author pro ſententia cuius contrarium ſuſtinet, quia fatetur aliquos aliter ſentire. Eius verba ponũtur ſec. 24. n. 15.

SECTIO XVII.

Congruentiæ inter Canonicas & Beghinas.

1 PArag. 25. Ponit traditionem hanc inſinuare non modicas congruentias videlicet inter Canoniſſas & Beghinas.

Reſp. Andanenſes cum Niuellenſibus, vt refert Molanus lib. 1. de Can. 15. *aſſerunt (quod & claris documentis dicunt ſe probare poſſe) ex institutione*

tione fundatricum ſuarum Gertrudis & Beggæ, Canonicæ eſſe inſtitutionis, & ab initio laxam habuiſſe regulam diſtinctam à S. Benedicti & quacumque alia monaſticæ profeſſionis Regula: Eædem Andanenſes in acta ſua Capitulari infra n. 7. *declarant & teſtantur S. Beggam fundaſſe nobile collegium Andanenſe* 30. *Dominarum &* 10. *Canonicorum.*

Canonicas autem à Beghinis ſemper diſtinctas fuiſſe, licet in quibuſdã conueniant ſupra ſect. 8. n. 4. & ſeqq. ſatis dictum eſt. Enumerat tamen Dec. Ver. aliquas congruentias quæ non ſubſiſtunt. 2

Prima: Andanenſes, *inquit*, reperiuntur antiquitus Beghinæ nominatæ.

Dicat hoc Gramayus, dicant hoc alij eum ſecuti: ex dictis ſup. ſec. 8. & 9. ſatis patet, abſque fundamento hoc dici.

2. Duæ hæ congregationes eamdem ſeruant viuendi normam.

Ex dictis patet, longe diuerſas eſſe earum Regulas.

3. Vtrarumque locus, Curia dicitur.

Reſp. Andanam alia ratione vocari *curiam* quam Beghinagia. Obſeruandum enim vocem *Curia* varijs modis accipi à Scriptoribus, Spigelius in Lexico iuris habet: *Curia à cura dicta eſt, quod reipub. cura per ipſarum ſententias expediretur. Et apud Rom. non ſolum is locus erat in quem ſenatores pro reipub. vtilitate conueniebant, ſed & vbi ſacrorum cura tractaretur: hinc Curiarum Sacerdotes. Sic noſtra ætate Curiam dicimus Pontificis & Curiam Cæſaris, &c. quod ibi frequentiam hominum verſari videmus.* 3

Digitized by Google

rauit; neque hactenus fundamentum aliquod aut audiui, aut legi, nec veſtigium aliquod inuenire potui, ex quo contrarium probari poſſit. Gaudeo R.T. veritatis amatorem hac ſua Hiſtorica diſputatione, opinionem fabuloſam quorundam debilitaſſe, &c.

18 Quod Dec. Verid. ijs qui ſententiæ ſuæ magnam probabilitatem aſcripſerunt, etiam aſcribat R. P. Eliam, mirum non eſt, cum ipſe iſtius ſententiæ ſit præcipuus incentor, & omnes probationes iſtius ſententiæ ſingulari zelo collegit. Sed mirum, quo iudicio authoribus iſtis aſcribat Lumnium?

Quia, *inquit*, vel coactus fateri debuit eruditos aliquot grauesq; viros, & qui magnæ dignitatis eſſent, olim tenuiſſe ac ſcriptis ſuis euulgaſſe Begginarum nomen à *Sancta Begga* profluxiſſe, ac etiam fuiſſe primariam Begginariorum inſtitutricem, licet ipſe contrarium ſenſerit.

Egregiè & ſolidè citatur author pro ſententia cuius contrarium ſuſtinet, quia fatetur aliquos aliter ſentire. Eius verba ponũtur ſec. 24. n. 15.

SECTIO XVII.

Congruentiæ inter Canonicas & Beghinas.

1 PArag. 25. Ponit traditionem hanc inſinuare non modicas congruentias videlicet inter Canoniſſas & Beghinas.

Reſp. Andanenſes cum Niuellenſibus, vt refert Molanus lib. 1. de Can. 15. *aſſerunt (quod & claris documentis dicunt ſe probare poſſe) ex inſtitutione*

tione fundatricum ſuarum Gertrudis & Beggæ, Canonicæ eſſe inſtitutionis, & ab initio laxam habuiſſe regulam diſtinctam à S. Benedicti & quacumque alia monaſticæ profeſsionis Regula : Eædem Andanenſes in acta ſua Capitulari infra n. 7. *declarant & teſtantur S. Beggam fundaſſe nobile collegium Andanenſe* 30. *Dominarum &* 10. *Canonicorum.*

Canonicas autem à Beghinis ſemper diſtinctas fuiſſe, licet in quibuſdā conueniant ſupra ſect. 8. n. 4. & ſeqq. ſatis dictum eſt. Enumerat tamen Dec. Ver. aliquas congruentias quæ non ſubſiſtunt. 2

Prima: Andanenſes, *inquit*, reperiuntur antiquitus Beghinæ nominatæ.

Dicat hoc Gramayus, dicant hoc alij eum ſecuti: ex dictis ſup. ſec. 8. & 9. ſatis patet, abſque fundamento hoc dici.

2. Duæ hæ congregationes eamdem ſeruant viuendi normam.

Ex dictis patet, longe diuerſas eſſe earum Regulas.

3. Vtrarumque locus, Curia dicitur.

Reſp. Andanam alia ratione vocari *curiam* quam Beghinagia. Obſeruandum enim vocem *Curia* varijs modis accipi à Scriptoribus, Spigelius in Lexico iuris habet: *Curia à cura dicta eſt, quod reipub. cura per ipſarum ſententias expediretur. Et apud Rom. non ſolum is locus erat in quem ſenatores pro reipub. vtilitate conueniebant, ſed & vbi ſacrorum cura tractaretur: hinc Curiarum Sacerdotes. Sic noſtra ætate Curiam dicimus Pontificis & Curiam Cæſaris, &c. quod ibi frequentiam hominum verſari videmus.* 3

Digitized by Google

videmus. Ceterum vim & poteſtatem verbi, hoc eſt, rem ipſam nemo animaduertit, vt propterea curiarum maieſtas in leuiſsimos vſus paulatim eſt perducta, ita vt ſæpe apud authores villæ, prædia, ſiue curtes vocentur Curiæ. Apud Trithem. in Chronicis, Cæſarius li. 11. c. 63. & alibi ac in multis Diplomatibus antiquis, vt apud R. D. Miræum, Belg. to. 2. c. 48. 58. & 59. Itē in munimentis Monaſterii S. Bernardi ſæpe nomen *Curiæ* pro grangiis aut villis poſitum reperitur.

4 Andana itaque vocatur Curia, quia locus ibi eſt, vbi exercetur iuſtitia & aguntur lites. Vocaturque etiam alta Curia, vt patet infra n. 7. quia, vt opinor, ſunt quædam ſubalternæ Curiæ, ex quibus ad illam appellari poteſt. Beghinagia verô olim dicebantur *curtes*, quæ vox nunquam reperitur ſignificare Curiam aut conuentum ſenatorum, aut Palatium Principum, ſed villulam, grangiam, prædium ruſticū, Hoeuam (Louanij vocantur Beghinæ de Hoeuis) vnde & Spigelius ſupra: *Curtim pro corte ſolent dicere, barbari ſi ædes villaticas putent. Aliqui credunt cortem dici, quod circa illam coërceatur pecus.* In pleriſque autem Beghinagiorum infirmarijs etiamnum ſunt curtes, ſiue grangiæ, in quibus aluntur equi, vaccæ, porci &c. vt ſec. 16. n. 9. dictum eſt, &c.

5 Et veſtis, *ait*, fundatricis exprimit nobilitatem.

Diuerſitas veſtium Canonicarum & Beghinarum ſec. 8. n. 7. notata eſt.

Author verô Palatij pag. 42. inuenit nobilitatem

ſtatem in pallio, quod in capite gerunt, quia figuram ſcuti refert. Reſp. Scutum iſtud mutuatum eſſe ex narratione ſec. 1. n. 3. mentionata, in qua ex coloribus & forma ſcuti regis, qui factus erat cuſtos Beghinagij, conficitur habitus Beghinarum. Friuola & Vana ſunt iſta. Si enim explicentur pallia ſæcularium feminarum, fallien dictæ, perfectiorem ſpeciem exhibebunt ſcuti, quam falliæ Beghinarum. Vanum & prophanum eſt in ſimplicate Beghinarum quærere curioſitatem aulicam. Magis piè Lumnius: De ſlechte falien, *Simplices aut viles faliæ forma triangulari & oblōga, & modus eas ſub vtroq; brachio contrahendi, aſpicientibus, & Beghinis quæ ijs cooperiuntur innuunt, quod ſecundum monitionē Chriſti .... debeant lumbos (id eſt omnes malas propenſiones habere) præcinctas, & ad omne opus bonum promptas eſſe.*

§. 26. Canoniſſarum nomen, *inquit*, longo poſt S. Beggam tempore fuit ibidem introductum, ſicut patet ex eadem ſuperiori teſtificatione. 6

Quia ſæpe fit mentio iſtius atteſtationis ac Decl. Verid. ſubinde valdè confidenter ex ea allegat, quæ in eadem non cōtinentur, eam hîc pono, ex Palatio pag. 23. quibuſdā punctis ad rem non ſpectantibus abbreuiatis.

Die 9. Martij 1628. DD. Præpoſita Decaniſſa, & 7 *Capitulum Eccleſiæ Colleg. S. Beggæ Andanen. capitulariter congregatæ, ad inſtantiam R. F. Eliæ de S. Tereſa, Carmelitæ Diſcal. coram nobis infra ſcriptis Graphiario altæ Curiæ Andan. ante dictæ, & notario eiuſdem Capituli, declararunt & teſtatæ ſunt, prout per*

præ-

præſentes declarant & teſtantur, S. Beggam fundaſſe nobile collegium Andanen. 30. Dominarum & 10. Canonicorum, ſimiliter etiam multas Capellas, & eaſdem dotaſſe multis pulchris terris, Dominijs, tam in Lotharingia, Brabantia, Kuiſbroulle quam decimis, cenſibus & reditibus.

8 Item quod dictæ DD. nunquam fuerunt Religioſæ, neque vota fecerunt, neque ſeruarunt aliquam Regulam S. Benedicti, S. Auguſtini, S. Baſilij aut aliorum patronorum, ſaltem quod ad earum notitiam peruenit, quamuis reperiatur eaſdem DD. olim vſque ad tempora Albonis Comitis Namurcen. vocatas fuiſſe ſanctimoniales.

9 Item quod Sua Maieſtas tanquam Abbas ſecularis & repreſentans S. Beggam Ducíſſam Brab. tanquam patronus & Collator eſt omnium Præbendarum Andanenſium.

10 Quod nunquam habuerunt aliquas Abbatiſſas, verum benè Præpoſitam, Decaniſſam, Scholaſtriam & Cantoriſſam, quæ ex vi fundationis ſuæ, poſſunt conferre multos Paſtoratus & Beneficia.

11 Quod pro arbitrio & libera ſua voluntate diſponere poſſunt de bonis ſuis temporalibus, imo etiam de communibus ſuis habitationibus, ſiue domibus Clauſtralibus.

12 Item quod Andanum eſt vnum ex 4. Collegijs albi ſuperpellicei, & quod illud geſtarunt vltra 800. annos, ita tamen vt non teneantur illud geſtare niſi in Horis ſiue Diuinis Officijs.

13 Item quod vnaquæque Domina habitat in particulari domo, aut bene 2. vel 3. ſimul, pro ſuo beneplacito & commoditate.

14 Item quod dictæ DD. habent collationem prouentuum

Digitized by Google

tuum & præbendarum quibus in præſenti fruuntur Beghinæ de Gaure in Oppido Huyenſi.

Sequitur, Quod obtinuerunt multa priuilegia, & quod nullæ ibidem poſſint admitti niſi nobiles. 15

Item, quod *S.* Begga ibidem fundauit ſeptem Eccleſias, Maior Eccleſia B. Mariæ, 2. S. Petri, 3. S. Ioannis, 4. S. Saluatoris, 5. S. Stephani, 6. S. Michaelis, 7. S. Lamberti, quæ adhuc ſuperſunt.

Item. Quod corpus S. Beggæ quieuit in Eccleſia S. Petri, donec eleuatum fuit, & depoſitum in capſa argentea, ſeruatur in maiori Eccleſia.

Quod multi locum viſitantes à varijs morbis, &c. ibidem fuerunt liberati.

Additur: *Et quãuis prædicta puncta nõ poſsint benè probari per antiquas litteras, quia ſæpe fuerunt ſpoliata, & Eccleſiæ multoties fuerunt exuſtæ, & multa aduerſa paſſæ ſint, tamen ſupraſcriptæ Cõparentes declararunt ſe ſcire prædicta omnia vera eſſe tam ex cõmuni traditione & opinione, quam partim etiam ex litteris quæ adhuc ſuperſunt,* &c. 16

Ex quo articulo colligit Dec. Ver. nomen Canoniſſarũ longo poſt S. Beggã tẽpore fuiſſe ibidẽ introductum? Quia inquiet, olim fuerunt vocatæ Sanctimoniales. Reſp. Nomen Sanctimonialis nõ excludere nomẽ Canonicæ (quod etiam apud Iuſtinianum reperiri notauit, R.D. Zypæus l.3. de Regular. n.6.) patet ex Concil. Aquiſgranenſi tempore Ludouici Pij & ex Sigeberto ad ann. 820. vbi Canonicæ vocantur Clericales Sanctimoniales. Quomodo autem Andanenſes tales fuerint, ſec. 8. n. 10. & ſeqq. ſatis dictum. Ipſæ interim ſuſtinent, ſe ab initio fuiſſe Canonicas ſæculares: vt dictum eſt. 17

Digitized by Google

18 *Pergit Dec. Verid.* Neque ob eſt Andanenſes viuere fundationibus, non ita ſaltem vbique Begginas, quia earum quoque inſtituti ratio præbendas non reſpuit, cum iiſdem Hui, Inſulis, ac alibi gaudeant. Immo vix locus eſt in quo Begginagia careant menſa Sancti Spiritus, domibus Conuentualibus, ac alijs legationibus, vt proinde aptè dixerit R. D. Zijpæus in iure Pontificio nouo, videri ſibi in hoc vtramque eam congregationem pari paſſu ambulare.

Reſp. Andanenſium fundationes eſſe Præbendas inſtar Beneficiorum: Beghinarum vero puras eſſe eleemoſynas. Sanè ſi in ea latitudine velimus accipere Pręↄbendas; fratres Cærulei Antuerp. alijque viri & mulieres, qui certo numero in Hoſpitalibus ſeu receptaculis pauperum habitationem & certas præbendas ex fundationibus recipiunt, Canonici & Canonicæ dici poterunt, quomodo etiam hodie Niuellis 25. circiter pauperiores mulierculæ, quæ ſolum habent nomē Beghinarum (de quibus ſup. ſec. 2. n. 20) ex prouentibus trium Hoſpitalium Beghinarum præbetur ſingulis menſibus certa menſura granorum, cum aliqua pecunia: & ius illa percipiendi cōfertur à D. Abbatiſſa. Si Beghinæ propter præbendas, quæ præbentur ex menſa S. Spiritus, &c. pari paſſu cum Canoniſſis ambulant: Cur deſcripti illi certo numero pauperes, quibus in Eccleſia Cath. Antuerp. Dominicis diebus, finita proceſſione præbentur duo panes, etiam cum Canonicis, nō pari paſſu ambulant? ne audiat iſta Democritus.

Si Dec.

Si Dec. Ver. tubo optico paulo lõgiore vſus fuiſſet, facilè olfeciſſet R. D. Archidiaconum non tam futiliter conferre Præbendas illas. Sed ad Quæſtionẽ, *An Beginagia, vt hodie in Belgio ſunt &c. Dicantur locus & congregatio Religioſa, vt perſonæ illius Epiſcopo ſint ſubiectæ*, &c. dicere, quod in ea, videri poſſint Beghinæ & Canonicæ vel pari paſſu ambulare, vel ſe habere vt excedens & exceſſum.

Quæ §. 27. ponuntur, partim eadem repetuntur §. 33. vbi de ijs agetur.

§. 28. Agit de ijs quæ ex Molano ſup. ſec. 8. n. 2. poſita ſunt, & dicit: eum propter communicationem cum D. Lumnio inductum fuiſſe vt in Indiculo inciperet dubitare.

Reſp. Molanum ſententiam quam in Mar- 19
tyrologio poſuerat, in Indiculo retractaſſe, intelligentibus ſatis patet. idque, non propter communicationem cum Lumnio, ſed examinatis tabulis Eccleſiæ Andanenſis, vt teſtatur Card. Baron. qui ideo ſupra citatus eſt, vt immerito §. 30. dicatur, *non tangere propoſitum, quod de Card. Baron. dicitur*. In quo etiam D. V. paruam fraudem committit, vt deprimat authoritatem Molani, dum ea quæ Baron. Molanum dicit habere ex Tabulis Eccleſiæ, dicit, *retuliſſe ex Andanenſium informatione.*

Addit: Quinimo attentius conſideranti quo anno ſingula ipſius opuſcula edita ſint, patebit magis eum ſemper ac magis à dubio ſuo ad nos acceſſiſſe.

Hoc probandum erat.

Inuenitur, inquit §. 29. ad calcem hiſtoriæ eiuſ- 20

Digitized by Google

dem Diuæ relictum ſpatium, vt videatur ipſe Dominus Molanus voluiſſe dubitationem iſtam ſuam reſoluere re pœnitius inſpectâ.

Eſt ne hoc ad ſententiam, prius apertè tanquam nihil habentem probabilitatis declaratam, accedere? Reliquit ſpatium, vt ſi Leodio ex primo Beghinagio, vel aliunde informationem accepiſset, tanquam falſam poſset annotare ſententiam, quam prius dixerat parum aut nihil habere probabilitatis.

21 *Pergit.* D. V. In quo licet Molanus erraſſet, ei condonandum eſſet, &c.

Egregia valde cenſura de tanto viro, qui errare dici debet, quia non ſatis ad mentem cenſoris ſcribit.

22 §. 31. Quæ num. 3. & 4. conglobantur, *inquit*, partis affirmatiuæ nonnulla fundamenta, pro clariori ſinceriorique refutatione plenius totidē verbis quibus propoſita erant, fuiſſent proponenda, ac tum demum oppugnanda: atque ita viſis palam vtriuſque partis argumentis ſibi oppoſitis, cordatus quilibet de rei veritate potuiſſet ferre iudicium. Verùm in eo lubens in præmiſſis ſuppleui opponentis defectum.

Reuerende Domine, Non aduertis quod in quo alium iudicas te ipſum condemnas? Vbi quæſo in tota declaratione Veridica poſuiſti verba quæ oppugnas, vt cordatus quiſque de rei veritate poſſit ferre iudicium, & aduertere, in ea ſæpe oppugnari quæ non poſui, & aliter intellecta poni, quam ego poſueram? Fundamenta partis affirmatiuæ quæ valde confuſè & ſubinde ijſdem repetitis, ad diuertendum à veritate Lectoris animum, congeſta erant; in certas

tas

tas claſſes ſub finem diſputationis poſueram, prout infra ſect. 24. repetuntur ne ſæpius eadẽ reſponſio repetenda veniret. Si ſubſtantia alicuius omiſſa, vel aliquid non ex fide poſitum fuiſſet, illud oſtendi debuiſſet.

Poſueram non reperiri à S. Begga alium lo- 23
cum fundatũ pro congregatione aliqua virorũ aut mulierum, quàm Andanenſe monaſterium.

At illi, repugnant, *inquit*, §. 32. quæ ab ipſis Andanenſibus, Patriæ Chronicis, ac auctoribus perhibentur: alias ſcilicet congregationis S. Beggam inſtituiſſe Coloniæ, Landæ, & alibi, quæ teſtimonijs auctenticis Lectori probari poſſent, & hic breuitatis ergo omittuntur.

Reſp. Iſta probari & teſtimonia authentica produci debuiſſe. Verum ſupra dictis vicem reddam, & ſupplebo D. Verid. defectum. In Chronicis Brabantiæ, quorum ſupra ſæpe facta mentio, lib. 2. c. 13. legitur S. Beggã quieſcere Coloniæ in Monaſterio Monialium ad ſanctã Mariam nuncupatum, quod ipſa primò fundauerat. Laurentius van Haecht ſup. cit. vbi agit de S. Begga ſimiliter dicit, eam fundaſſe Colo-
niæ Monaſterium nuncupatũ S. Mariæ, in quo 24
corpus eius habetur in magna veneratione. Idẽ ſcribit ibidem: Fundauit etiam Monaſterium Landæ. Idem habent aliqua Chronica. Verum iſta falſa eſſe ſatis conſtat. Duo enim ſunt Coloniæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ, vt notatur in Sacrario Agrippinæ & à R. D. Miræo, de Colleg. Canonic. c. 1. vna in Capitolio dicta, Canonicarum, fundata à Plectrude vxore Pi-

pini F. S. Beggæ de qua ſupra; altera B. Mariæ in gradibus, fundata ab Annone 33. Archiepiſcopo Colonienſe.

25 Landæ verô nullum veſtigium congregationis à S. Begga inſtitutæ, reperitur. Fuit quidem ibi quondam Monaſterium Monialium Ord. S. Antonij, (modo annexum Monaſterio Bethanienſium Leeuwis S. Leonardi) de cuius fundatione nihil conſtare, teſtatur R. D. Iac. Leonarts, qui 26. annis ibidem fuit Paſtor. D. Rebreuiettes l. 3. c. 17. dicit, Landenſes ex traditione declarare S. Gertrudem ibidem fundaſſe inſignem Eccleſiam parochialem, cõſecratã à S. Amando, & quod in memoriam iſtius, ſolent annuam habere proceſſionẽ. D. Gramayus in Leonia ſua ſcribit: Landæ Pipini *palatium monſtrant, vbi nunc D. Gertrudis fanum.* Vbinam fundamentum congregationis, quam D. Verid. hîc ponit, Monaſterij quod §. 43. & Beghinagij §. 53. reperietur? Credo ne quidem Argus, etiam adhibitis, omnibus ſuis luminibus tubis opticis etiam longiſſimis, illud detegat, & multo minus eorum quæ alibi inſtituta, *hîc breuitatis ergô omittuntur.*

26 §. 27. 33. & quinque ſequentibus, item §. 41. & 42. oppugnat Dec. Verid. id quod non ſubeſt. Supponit enim vt patet §. 36. me voluiſſe ſtabilire, *Andanenſes fuiſſe Religioſas propriè dictas*, cum tamen ſolum poſueram ſimpliciter ea quæ habet D. Molanus in Indiculo, & quæ ex Acta Andanenſium & ex Ægidio ſupra ſec. 8. n. 10.

poſita

Digitized by Google

poſita ſunt:ex quibus, vt dicit Dec.Ver. §. 36. facio hoc argumentum:*D. Begga fundauit Sanctimoniales, ergo non fundauit Beghinas*. Peto vbinam fecerim hoc argumentum? quærat diligenter. ſolum reperiet, quod dictis authoritatibus apposueram:*Quid hic quæso apparentiæ, vt ibidem Beghinæ poßint dici primò fundatæ & institutæ?* Quomodo autem prædicta intelligam, eadem ſectione 8. ſatis patet. adeoq;Dec.Ver. fruſtra ſe fatigaſſe, dum tam operoſe contendit oſtendere;*Andanenses non fuisse Religiosas vel Regulares proprie dictas, non fuisse velatas, earum locum impropriè Monasterium nominari*, & ſimilia, quæ ad materiã propoſitã nõ multum faciunt, & maiorẽ quæſtionem forte habent,quam S.Beggã inſtitutricem eſſe Beghinarum, ita vt potius mereatur peculiarem tractatum: Nam etiamſi Andanenſes ab initio liberæ fuiſſent, & earum locus,ſolum Monaſterium diceretur ad imitationem aliorum Collegiorum, quæ prius Monaſtica fuerunt, qualia plura videre licet apud *Trithemium in Chronicis, Chopinum lib. Monasticon, Molanum lib.3.de Canonicis, Miræum de Canonicatibus & alios*, adeoque ſolum Sanctimoniales & Regulares dictæ fuiſſent, quia more Sanctimonialium cœnobiticè viuebant, &c. non ideo tamen dici poſſunt Beghinæ, prout neque aliæ ſimiles Canonicæ Beghinæ, neque earum loca Beghinagia vocantur. Ne tamen omnino fru- 27
ſtra poſita,& deſpici videantur, hinc inde aliqua in prædictis cõprehẽſa annotabo & referã.

§.27.& 33. Probat Andanen. non fuiſſe proprie Religioſas ex propria ipſarũ acta ſup. ſec. 17. in propria cauſa data. (cum clauſula, *quantum ad earum notitiam peruenit*) & ex eo quod ex antiq. Hiſtoria S. Beggæ, ac officio eius proprio conſtat, eas proprietarias exſtitiſſe. Quod non videtur facilè poſſe ex dictis probari. Ex ijs
28 enim inter munimenta exhibitum fuit ex c. 8. Hiſtoriæ M. S. quod *Filia regis*, (quæ ad ſepulchrum S. Beggæ recuperauerat viſum) *mulieribus quæ ibidem regulariter viuebant, apertis theſauris ſuis, ſingulis ſecundum qualitatem & ſenium dona dedit aurea, argentea & veſtes prætioſas*. Plura ſanè in eadem legenda reperiuntur, ex quibus colligi poſſe videtur, fuiſſe propriè dictas Religioſas, quibus non eſt illicitum aliqua donaria accipere, & de licentia Superiorum retinere, ſicut in Regula Canoniſſarum in Concil. Aquiſgranenſi cap. 13. dicitur; *Qualiter Sanctimoniales ſtipendia accipere debeant neceſſaria.*

29 Eodem §. 27. Ad illud, *inquit*, quod D. Begga Moniales Niuellis accerſiuerit pro ſuis Andanæ conſtituendis, reſpondet *D. Guillelmus Le Rebreuiettes, S. Gertrudem* ſub ſe non velatas ſolum, ſed & liberas habuiſſe, qualem probabiliter putamus fuiſſe S. Gudulam Bruxellenſium patronam: vnde non ſequitur quod neceſſario velatarum quandoque fuerit Andanenſium congregatio. Similia habet §. 39.

De his ſect. 8. n. 13. dictũ eſt, & oſtenſum iſta non multum prodeſſe ſententiæ affirmatiuæ.

Sed quid dicent Bruxellenſes quod S. Gudilam

lam probabiliter tanquam Beghinam deſertricem hic adducat? Etiāſi enim, vt legitur apud Surium, Niuellis cum S. Gertrude, quæ illam è ſacro fonte ſuſceperat, & ad ſeruandam virginitatem induxit, habitauit; ideo tamen inſtitutum ibidem amplexa eſſe, dici non debet. Quod ſi ita fuiſſet, ſtatim defuncta S. Gertrude non rediiſset ad parentum limina, vt ibidem legitur. Si enim propter iſtam cohabitationem dici poſſit Niuellis fuiſse monialis libera, quales vult Dec. Verid. fuiſse Beghinas, etiam Carolus Martellus, quem, vt in Magno Chronico Belgico refertur ſub annū 697. *Auia ſua S. Begga Duciſſa nutriuit apud Ardennam ſuper Moſam*, in Monaſterio ſuo videlicet, Beghardus fuiſse dici poterit. Alioqui S. Gudilam vixiſse prout Ioannes 22. Beghinas deſcribit ſect. 3. n. 5. illuſtratur lucerna à principe tenebrarum extincta, & ad Virginis præces reaccenſa, vt mirū ſit Beghinas eam non aſpicere tanquam peculiarem Patronam.

SECTIO XVIII.

Quænam ſit diſtinctio inter DD. Niuellenſes & Andanenſes.

QVandoquidem, vt ſect. 8. dictum eſt, S. Begga in authenticis hiſtorijs legatur *Monaſterium ſimile Niuellenſi fundaſſe*, &c. ſatis apparet non ſine fundamento D. Molanum Andanenſes ipſis æquales exiſtimaſſe. 1

Digitized by Google

Dec. tamen Verid. §. 34. decem ponit indicia, ex quibus inter Andanenſes & Niuellenſes (quæ olim *inquit*, religioſæ propriè dictæ fuiſſe putantur) diuerſitas colligitur.

Ea hic expendenda:

In primis, *inquit*, Quòd Andanenſes numquam habuerint Abbatiſſam, ſicut iſtæ, tamquam à regularibus profectæ.

Reſp. Niuellenſes non magis fuiſſe Religioſas propriè dictas quam Andanenſes, & has nō minus fuiſſe regulares quam illas, prout ſupra ſect. 8. dictum eſt. Quod vero Andanenſes nunquam habuerint Abbatiſſam, non infert diuerſitatem inſtituti: Multæ enim reperiuntur Abbatiæ, Præpoſituræ, Prioratus, &c. eiuſ-
2 dem ordinis. Imo & quædam Capitula ſecularia Canonicorum habent Abbates, vt annotat Molanus l. 2. c. 5. non ideo tamen Canonici iſti ſunt alterius inſtituti.

2. Andanenſes tanquam quæ Canonicæ, ſeu liberioris vitæ fuerint, habent Decanam, Cantricem, Scholaſtriam, & cæt. ſecus aliæ.

Reſp. Niuellis etiam fuiſſe olim Decaniſſam: modo Canonici habent officia Decani, Cantoris, Scholaſtici & Theſaurarij, quibus magis cōueniunt, quam Canoniciſſis, pręſertim cum ibidem ſint 30. Andanæ ſolum 10.

3. Niuellis conſecranda Abbatiſſa vouere debet perpetuam corporis caſtitatem, non item Præpoſita Andanæ.

Abbatiſſam nullum emittere votum; habeo ex
3 litteris R.D. H. de Regnyer ibid. Canonici. Oſtendat itaque Dec. Ver. quo fundamento hoc verè dicat.

4. Cùm

4. Cùm antiquitus Epiſcopi cogere vellent Niuellenſes, Malbodienſes, &c. ad reſumenda tria vota, Andanenſes manſerunt pacificæ. 5. Legitur antiquitus contra hoc Niuellenſes litem ſuſcepiſſe, in cuius defenſionem comparuerunt Montenſes & Malbodienſes Niuellis, de Andanenſibus verò nulla facta eſt mentio. 4 5

Peto, Quo fundamento iſta tam aſſeueranter declaret Dec. Ver? In Chronicis Hannoniæ legitur, quod regnante in Hanonia Comite Albone, poſtquam Walcandus Epiſc. Leod. Niuellis publicaſſet Statuta in Concil. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio. & reliquiſſet Dominas Niuellenſes in Cap. ſuo murmurantes, inde iuiſſe & publicaſſe per totam ſuam Diœceſim antedicta ſtatuta. Quo modo probabit itaque Dec. Ver. Andanenſes fuiſſe præteritas? Argumentum reperitur ab authoritate negatiua. Et quod D. V. dicit Niuellenſes litem ſuſcepiſſe, ex dictis Chronicis non apparet verum eſse; narratur enim quod appellarunt ad futurum Concilium & ad Paſchalem Papam, qui commiſit negocium Walcando prędicto, à quo Canonicæ obtinuerunt ſex menſes ad deliberandum. quibus finitis & feminis obſtinatè renitentibus dictis Statutis, Paſchalis cum Imperatore conceſſit, *eis breuem Regulam honeſtæ vitæ abſque vllo voto . . . adiungens quod deinceps religioſæ ſeculares & Moniales nominarentur*. (eius Regulæ meminit Molanus lib. 1. de Can. c. 15.) Andanenſes autem etiam illam ſe accepiſse indicant; dum in Acta ſua fatentur ſe *vſque ad tempora*

pora Albonis comitis Namur. fuiſſe vocatas Sanctimoniales.

6. Andanenſes numquam Clauſtrum aut Dormi-
6 torium vel refectorium habuiſſe ſciuntur ſicut alia dicta collegia.

Minori fundamento hoc ſuſtineri poteſt quã duo præcedentia. Ex antiquis enim hiſtorijs partim ſect. 8. relatis, aliud colligitur. Ibi dictis addo: ex cap. 9. Hiſtoriæ M. S. colligi: Andanæ Refectorium fuiſse commune, vbi habetur; quod, aduenientibus peregrinis ad Viſitandum ſepulchrum S. Beggæ, porta non erat aperta, *quia non erat moris vt pauperes intrarent Monaſterium ante horam refectionis.* In alia item M. S. tribus tomis diſtincta refertur, quod *nobilis quædam Matrona nomine Adela. . . . . ſacro quadrageſimæ tempore ſeſe domeſticis negocijs ſubtrahens*, Andanam *venerat, vt inter famulas Dei ſanctum ieiunium religioſius obſeruaret, & ex earum exemplis, ac frequenti auditione Sanctarum Scripturarum, deuotæ orationis, aliorumque bonorum operum, ſumeret incitamenta*, Et infra: *cum omnibus ſororibus refectionem habuit.* Quomodo iſta fieri poterant, ſi non habebant commune refectorium? Quod verô ibidem fortè veſtigia talium locorum non inueniantur, ſicut alibi, mirum non eſt: nam & à multis ſeculis ſeges eſt, vbi quondã Troia fuit. Monaſterium enim iſtud ſæpius deſtructum & vaſtatum fuit, præſertim à Normannis, an. 880. (*vt notat Gramayus in Namurco*) *Namurceſium & Andennam in primis vaſtantibus.* (qui etiam vt referunt

ferunt Chronica, *anno* 881. *Traiectum, Leodium, Tongros & loca omnia vicina vaſtarunt & incenderunt.* Similiter Hungari anno 917.) ac etiam tempore belli inter Henricum Ep. Leodienſem & Henricum comitem Namurcen. anno 1153. vbi ſcribit Ægidius aureæ Vallis. *Andana autem miſerabiliter exuſta eſt cum appenditijs ipſius & prebenda deſtructa, ſanctæque Moniales ſatis inhoneſtè expoliatæ in templo protomartyris Stephani.* Per Prębendã autem hic intelligo loca in quibus Præbendatæ conuentualiter viuebant. Cum vero ante illa tempora laxiorem viuendi modum aſſumpſerant, loca clauſtralia relinquendi & ædes proprias ædificandi, maiorem habuerunt occaſionem, quam Niuellenſes, quibus loca clauſtralia etiamnum ſuperſunt. Quamuis tamen Andanenſibus non defuerint aliæ occaſiones loca clauſtralia deſerendi; ex Diplomate enim Henrici 3. Imp. (apud R. D. Miræum lib. 1. Donati c. 35. dato 1101,) conſtat, quendam Comitem Namur. *ipſam villam Andanam .... olim in vſu præbendæ ibidem Domino famulantium habitam ... iniuſte ſuis* diſtribuiſſe *militibus ....* quam *principalem villam cum ſuis appendicijs & villis adiacentibus, & cunctis earum redditibus, aquis, pratis, ſiluis, terris, decimis & vniuerſis vſibus* Albertus comes *integrè recuperauit, & in manu* Imperatoris *abſolutè repoſuit*, qui ea *ad corpus B. Viduæ Beggæ* reportauit & tradidit. Ex ſupradictis verbis Ægidij ſatis apparet, prout etiam ex Diplomatibus varijs, quod tam Niuellenſes quam Andanen-

danenſes (ſicut etiam Thorenſes ex Dip. Henrici Ep. Leod. dato 1262. quæ olim fuerunt Benedictinæ) etiam poſt receptam laxiorem Regulam, de qua paulo ante, nomen Sanctimonialium retinuiſſe, tam diu, vt opinor, ac cœnobiticè vixerunt.

7 7. Docetur ex Chronicis Andanenſibus quod ibidem Dominæ numquam oblatam ſanctimonialium Canoniſſarum regulam acceptare voluerint.

Ex eo colligitur, contrarium eius, quod iam antè puncto 4. dixit, videlicet ipſas non manſiſse pacificas, dum Epiſcopi vellent Niuellenſes cogere, &c. Et acceptarunt ne Niuellenſes oblatam iſtam Regulam, vt tacitè hic indicatur? n. 5. contrarium patet.

8 8. Eſt conſtans pænes Andanenſes ſententia ſe non obligari cum Canonicis alijs ad lectionem horarum.

Ego exiſtimo eas non minus olim fuiſse obligatas, quam Niuellenſes, quæ ſuſtinent, vt habeo à D. de Regnyer ſupra, Andanenſes ab initio fuiſse eiuſdem inſtituti, ſeque non credere, hoc tempore aliquam eſse diſtinctionem, *niſi fortè ſit aliqua parua diſtinctio Statutorũ.* Quamuis autem conſuetudine Andanenſes obligatæ non eſsent ad lectionem horarum, ideo tamen non ſtatim factæ ſunt alterius inſtituti, vel ex Canonicis Beghinæ.

9 9. *S. Benedicti* cuius regulam ſeruaſſent, nullus, prout fortè alibi, ibidem ſpecialis cultus aut memoria.

Eſtne Niuellis aliquis eius cultus aut memoria,

ſia, vt ideo ab Andan. diſtinguantur? Et quare potius Regulam S. Benedicti ſeruaſsent, quam S. Auguſtini, vel S. Ceſarij Arelaten. de qua in con. Pictau. an. 593. vel Canon. in Con. Aquiſ. præſcriptam? Jam ante dictum eſt qualem Regulam ab 800. & amplius annis habuerunt.

10. Præpoſita ipſa pro tribunali ſedet cum toto 10
Capitulo, vbi reus aliquis etiam morti adiudicandus eſt, locis alijs Abbatiſſæ faciunt per ſubſtitutum quod initium habuerint à Religioſis, &c. ſingula autem quę de Andanenſibus hic dicuntur ex earum relatione conſtant.

Si Andanenſes ſingula iſta poſuiſsent in ſua atteſtatione ſup. ſect. 17. n. 7. relata, maiorem fidem mererentur, quamuis non contra antiqua & clariora documenta iam allegata. Inſolitum tamen & planè præter decorem virginũ Canonicarum, ſuppoſita veritate Dec. Verid. in cauſsa ſanguinis pro tribunali ſedere, (mirum alicui videbitur, quod non fiant irregulares) cum etiam apud Romanos in cauſsis ciuilibus verecundiæ muliebri hoc non ſatis conueniens habitum fuerit. *L. Cum prætor. ff. de Iudic. Moribus fæminæ & ſerui non habent iudicium.*

§. 35. D. Molanum laudat deinde reprehendit, 11
quod non multum examinauit, quæ de S. Begga refert, quia Pontificem quem D. Begga Romam adijſſe ſcribit, dicat Adrianum fuiſſe qui ſequenti ſeculo ijſdem annis ſedit.

Reſpondeo D. Molanum ſecutum fuiſse Tabulas Andanenſes, & non aduertiſſe errorem qui ab antiquo ijs irrepſit. Baronius tamẽ magis

magis prudenter, eum errorem corrigens, ideo non omiſit extractum ex Molano ad Martyrologium annotare.

Si tamen, *inquit*, quiſpiam conſtanter vrgeat, Andanenſes regulares fuiſſe, eo quod Cœnobij & Clauſtri regularium, quin & ipſius veli in S. Hiſtoria mentio fiat; reſpondeo & Begginis eadē olim adſcripta. *Ioannes I.* Dux Brabantiæ anno 1271. Begginarum Bruxellenſium Curiæ clauſuram adſcripſit. *Guidoq.* Epiſcopus Cameracenſis anno 1239. Begginas Vallencenenſes religioſas appellauit; *Ioannes Fredericus Lumnius* M.S. ſui folio 409. domeſticum in Begginagijs capitis tegmen nigrum veli monialium referre docet myſterium, *&c.*

12 Quomodo Andanenſes Regulares dici poſſint ſect. 8. ſatis dictum eſt. Debuiſset Dec. Ver. meritò apponere verba Ducis, qui etiam aliquibus opidis clauſurā aſcripſit. Sect. 11. n. 5. etiam agitur de clauſura Beghinagij Mechlinienſis. Clauſuram vero opidorum & Beghinagiorum, quorum portæ à mane vſque ad veſperum patent, diſtinctam eſse à clauſtris regularibus, & cœnobiticis, intelligentibus ſatis notum eſt: Guido Ep. Beghinas non appellat ſimpliciter *religioſas*, aut Sanctimoniales vel Regulares, ſed ſolum *mulieres religioſas*, vt ſect. 5. n. 6. extractum poſitum eſt. quod nomen tam generale eſt, vt etiam coniugatis tribui poſſit, quomodo actorum 2. *Erant in Ieruſalem viri religioſi ex omni natione.* Neque minus generale, eſt *velum*, quod Beghinis attribuit Apoſt. 1. Cor. 11. *Si non velatur mulier tondeatur . . . Decet mulierem non*

Digitized by Google

non velatā orare Deū? Si tamē de myſterio agatur, capitis tegmen nigrum quod aniculæ Gallæ *Domino* vocant, etiam myſterio non caret; & Hukæ Brabanticæ veli loco haberi poſſunt. Ecce qualibus nugis maculemus chartas. Etiam pueri norunt diſtinguere inter vela ſacra, & nō ſacra, & vulgaria, de quibus hic agere nimis longum eſſet. Videri illa poſſunt apud Baron. in notis ad Mart. 7. May. A lapide in 1. Cor. 11. Laurentium Landtmeter De Clerici Monachi veteri inſtituto c. 10. & 11. & alios. De velo Viduarum agit Coriolanus ad Concil. Toletanum 4.

§. 29. Aſſerit Dec. Verid. ijs quæ ſect. 8. n. 12. 13. poſita ſunt, pridem ſatisfeciſſe Gen. D. G. de Rebreuiettes, qui nactus, *inquit*, copiam omnium autenticorum Eccleſiæ Niuellenſis, ex ijs compilauit vitam *S. Gertrudis* Gallicè, ac duorum eximiorum in Pariſienſi vniuerſitate Doctorum cenſura, ibidem luci donauit, in qua multis clarè demonſtrat ipſam quidem *D. Gertrudem* velum aſſumpſiſſe, ac tribus ſe votis eſſentialibus obſtrinxiſſe, ſuas verò ſubditas nequaquam ad idem omnes obligaſſe, &c. Et §. 40. *dicit:* Quare cùm *S. Begga* ex illo monaſterio non religioſas aſſumpſerit, ſed vti loquuntur antiquiſſima ipſius hiſtoria, officium proprium, &c. *probatas perſonas, lectas Virginum, aut proles feminarum*; dici meritò debet *S. Begga* liberarum ſeu Begginarum potiùs inſtitutrix, æquè ac *B. Iduberga* vel *S. Gertrudis*, Monialium Niuellenſium.

Ponitur hic tam ſubtilis ratiocinatio, vt exiſtimem facilius ab Arcadibus aut Bœoticis percipi poſſe, quam ab Athenienſibus aut Laconi-

 bus;

bus; nam hi facilè intelligent, S. Beggam non poſſe dici earum inſtitutricem, quas aſſumpſit ex Monaſterio à matre fundato, etiamſi aſſumpſiſſet ſolum liberas à votis, quales ipſe Dec. V. aſſumpſiſſe aſſerit ex Rebreuiettes, vt ſup. ſect. 8. n. 13. refertur.

14 Sed peto, Si iſtæ liberiores Sanctimoniales, Beghinæ fuerint, quomodo dicit Gramayus in Niuella, eas *tanquam prius & potius Capituli membrum nominari*, cum D. Abbatiſſa etiam hodie, vt Dec. Ver. n. 3. ſine formidine aſſerit, debeat vouere caſtitatem? fuerunt ne iſtæ liberæ ſupra Abbatiſſam? Et quo fundamento dicit D. Rebreuiettem, *nactum eſſe copiam omnium munimentorum* &c? Ipſe in præfatione enumerans Authores ex quibus vitam S. Gertrudis compilauit, addit: *Omnia alia ſcripta quæ habui tam Niuella, quam ex Abbatia S. Gertrudis Louanij quam aliunde*, &c. Sequitur ne ex eo quod nactus ſit copiam omnium autenticorum Ecc. Niuel.? Si hoc verum ſit, mirum eſt quod Author Palatij apud ipſum non repererit Bullam Vrbani II. pro qua tantopere laborat pag. 154. vt eam cudat ex Bulla Vrbani IV. ſup. ſect. 9. n. 10. relata. non obſtante quod pag. 159. dicat; *Plumbum papale prædictæ Bullæ appenſum clarè demonſtrat conceſſam eſſe per Vrbanum II.* Si viderit plumbum illud, quare non adhibuit ſtatim Notarium aliquem, prout in multis parui vel nullius momenti in hac materia tam prudenter feciſſe deprehenditur? ceſſaſſent hac ratione om-

nes

nes iſtæ inanes & longæ petitæ rationes quas ibidem congeſſit. Pro maiori tamen authoritate Dec. Ver. addit. *Doctorum cenſura ibidem luci donauit.* Quaſi omnia impreſſa cum cenſura ac etiam Verhoeuiana, ſtatim ac muniuntur characteribus V. Z. V. H. C. vel. V. P. C. C. A. efficiantur primô vera. Et vbi quæſo elegit illas *lectas virginum, aut proles feminarum?* In hiſtorijs ſect. 8. citatis diſertè dicitur; *Datæ ſunt ei eiuſdem habitus aliquot Religioſæ ſorores.* ijs potius fides adhibenda, quam Declarationi iſti, etiamſi valdè conuenienter Veridicæ nomen habeat. Et vbinam reperit virgines quæ non ſunt proles feminarum? alibi fortè ex lapidibus ſuſcitantur, vel creſcunt ſicut lilia, quibus aſſimilari poſſunt.

§. 36. *Dicit*: Licet admitteretur D. Beggam fundaſſe ſanctimoniales, potuiſſe tamen primô fundaſſe 15
Begginas, Moniales autem poſtea, ac etiamſi propriè daretur fuiſſe Religioſa ac velata, potuiſſet tamen Begginarum liberius inſtitutum fundare:

Reſp. Nos hic agere, non de ijs quæ potuit facere (quia potuiſſet etiam Eſſæos reſtituere, aut Templarios inſtituere) ſed de ijs quæ de facto fecit.

§. 33. *Inter alia dicit*: Sed eſto dicantur fuiſſe ſanctimoniales ab initio, non tamen idcircò rigidè exiſtimandæ ſunt religioſæ, cum idem vocabulum frequenter attributum inueniatur alijs perſonis, quam regularibus, vti benè notauit *Azorius in gloſſa. c. quicumque q. 5. ad finem.*

Idem eodem modo citatur in Palatio p. 213.

Digitized by Google

vt, *in ore duorum*, &c. vt ſup. ſect. 15. n. 1. Verum peto, Quomodo benè notetur de Azorio, qui ad hoc vſque ſeculum vixit, quod *benè notauit in gloſſa*, &c. quæ ante quatuor ſecula fuit gloſſata? Vixit fortè tūc, & ſuperiore ſeculo reuixit, ac lib. 13. Inſtitut. c. 9. aliter docuit, Agens enim de Canonicabus ſecularibus, Tertiarijs & alijs, quæ nullam votorum profeſſionem faciunt, dicit: *Atque hæ Sanctimoniales verè & propriè non intelliguntur*, &c. Si itaque concedatur Andanenſes fuiſſe Sanctimoniales, etiam ſecundum Azorium fuerunt religioſæ. Hæc exercitij cauſa ſolum dicta ſint, cum materia iſta ampliorem requirat indaginem, vt iam diximus. Diſpiciendum interim:

SECTIO XIX.

An S. Begga præter Monaſterium Andanenſe etiam Beghinagium fundauerit?

1 PArag. 43. Ad illud quod ſup. ſect. 8. n. 17. quæro, Vbi & quando S. Begga Beghinagiū fundauit, & dico me non inuenire, ac ante annum 1170. ne nomen quidem Beghinarū, &c. notum fuiſſe,

Reſpondet 1. Licet id eſſet, non valere argumentum ab auctoritate negatiuâ, quemadmodum optimè Cardinalis *Bellarminus lib. 2. de Rom. Pont. cap. 8.* vbi ſic loquitur: *Reſpondeo nihil concludi ex argumentis ab auctoritate negatiuâ, non enim ſequitur: Lucas, Paulus, Seneca non dixerunt Petrum fuiſſe Romæ, ergo non fuit Romæ.*

Acutè

Digitized by Google

Acutè ſanè & ſubtiliter oſtendit ſe egregiè verſatum in Topicis. Cuius authoritas ibi allegatur? Card. Bellarm. ſcilicet. Argumentum habet vim Inductionis, quod per Inſtantiam ſufficienti authoritate munitam, ſoluendum erat, & oſtendendum, ſi non Beghinagium aliquod, ſaltē nomen Beghinę, Beguinæ, Begginæ, Beguardi, Bogardi, Beggardi, Beguttæ, vel Begittæ, &c. in aliquo Diplomate, aut alio documento dato, vel Scriptore, qui floruit, ante annum 1170. circa quem nomen Beguinarum ſeu potius Beghinarum ortum eſſe, ex dictis ſect. 9. ſatis patet.

Dicit 2. Supra §. videlicet 32. quædam loca citaſſe quæ à S. Begga fundata ſunt, præter Andanenſes 7. Eccleſias: quibus inſuper addi poteſt Palatium eius Capremontium, cuius meminerunt Illuſtriſſimi Mechlinienſes Archiepiſcopi, & vetuſtiſſima ea manuſcripta hiſtoria ex quâ idem illud habere dicuntur. Huenſe præterea nunc deſtructum Begginagiū, ſicut & Inſulenſe, cæteraque alia, quę pœnes ſcriptores aliquot, aut ex antiqua relatione S. Beggæ attribuuntur. 2

Loca citata, etiam ſup. ſect. 17. n. 23. oſtenſum, eſt reperiri non poſſe. Verum Scriptores quos hic allegat citare; & quod dicit, probare debuiſſet, & non omittere ea ex quibus pro magna parte pendet deciſio quęſtionis. Sect. 4. n. 15. poſitum eſt initium Beghinagij Inſulenſis an. 1277. De Huenſi infra ſect. 21. n. 3. dicetur. Sed miror, quod audeat etiam citare Illuſtriſſimos Archiepiſcopos. Vbi quæſo ipſi me-

Digitized by Google

minerunt Capremontij? In præfatione quidem ſupra ſect. 16. n. 6. dicitur *S. Begga poſt mortem mariti palatium ſuum in ſpiritualem aulam conuertiſſe*, verum hoc ſolidè non dici, ibidem oſtenſum eſt. In Vetuſtiſſima M. S. hiſtoria c. 2. legitur, quod Anſigiſus & Begga caſtrum Capremontij (quod Reges præcedentes firmauerant, & muris cinxerant) feneſtris & palatijs regijs exornarunt. Quia nouæ iſtius ſententiæ authores inuenerunt hic nomen *palatij*, triumphant quaſi *palatium Beghinarum* etiam teſtimonio Archiepiſcoporum inueniſſent.

3 §. 44. *Dicit*: Tertio non eſt mirandum ante multa ſæcula non inueniri de Begginagijs documenta, quandoquidem *D. Ioannes Fredericus Lumnius fol. 1. M. S.* dicat poſtquam 40. pænè annis fuiſſet Begginarum Paſtor ſe non inueniſſe adhuc auctorem vnũ qui deſcripſerit aut mentionem fecerit generalis ſtatus Begginarum.

Quartò vix ſcitur quo tempore ſingula Begginagia ſint inchoata; cùm vix quatuor aut quinque horum litteræ fundationis reperiantur:

Non ſunt iſta argumenta ab authoritate negatiua? Interim ſupra ſect. 9. reperti ſunt authores, & ex dictis ſect. 4. & 5. patet, vix vllum Beghinagium reperiri, in quo non ſuperſunt ſi non litteræ fundationis, ſaltem monumenta, ex quibus de fũdatione aut antiquitate ſufficiẽter conſtat, vt meritô ceſſet de quo §. 45. queritur, Me non adducere niſi duo tantum diplomata.

2. Iniquè ibidem queritur me eos cogere ad proferẽda diplomata, vt infra ſ. 24. n. 5. dicetur.

3. *Satis*

3. *Satis inaduertenter dicit*: Ætates quas varijs Begginagijs inchoatis aſſignat, parum iuuant vt nomen ac originem Begginarum à D. Begga ad balbum illum poſſit transferre: nam Audomarenſe, Leuwenſe, Turnhoutanum, Hoochſtratanum & alia Begginagia ſæculis aliquot Lamberto ſunt poſteriora.

Ideo enim proferuntur, vt oſtendantur eſſe poſteriora.

4. Mirum eſſe dicit, non citari Begginagium Viluordienſe. 4

Illud ſupra ſect. 4. n. 2. habetur.

5. *Valde hiſtoricè ſcilicet dicit*: Citantur aliorum Begginagiorum principia, quæ ad S. Beggam ſimiliter ſic eſſet referre, nam ſicut locis diuerſis adducitur quod extiterint ante 400. vel 350. annos, ita non minus verificatur de ſeptem eccleſijs à D. Begga fundatis, eas ante illa etiam tempora ſubſtitiſſe.

Reſp. Eum modum verificandi non decere hiſtoricos, ſed potius Sophiſtas, qui aliud mente retinent, aliud ore proferunt, adeoque *corde & corde* loquuntur. Talis ille meritô dicendus qui diceret à 300. annis factum, id quod tempore Chriſti aut Adami factum eſt.

Denique, *inquit*, probare facile eſt D. Opponentem multoties in citandis iſtis locorum fundationibus lapſum eſſe. 5

Probandum hoc erat; vel, ſi lapſum non potuit melioribus documentis erigere, debuiſſet ſaltem oſtendere, vbi nam lapſus eſſet, vt vel ab alijs iuuari potuiſſet. Species conuitij eſt & inſultatio quædam, aliquem tanquam errantem aut lapſum arguere, & non corrigere aut erigere, vel non dicere in quo, vt ſe emendare queat.

Digitized by Google

6 Extant, *inquit*, in his litteræ antiquiores, imò Pontificum diplomata, nominatim Innocentij 4. &c.

Quaſi vero in nouam domum impoſſibile ſit inferre vtenſilia antiqui teſtamenti. Exhibere debebat litteras datas pro aliquo certo Beghinagio. Diploma enim Innocentij quod in quibuſdam Beghinagijs poſt eius tempora erectis reperitur, generale eſt ſine nomine Beghinarũ datum 1246. *Dilectis filiabus Virginibus, continentibus caſtitatem Deo vouentibus per Teutoniam conſtitutis.* vt ſupra ſect. 11. n. 12.

7 §. 46. Reprehendit quod antequam Ægidij aureæ vallis de Lamberto ſententiam propoſui, mentionem feceram Lumnij & Placentij.

Quos, inquit, *tanquam binos comites honorarios Achilli ſuo coniungit.*

Illos ſupra ſect. 9. iam in acie poſui, vt Decl. Verid. melius & exactius eos dignoſcat.

Contra Lumnium autem dicit:

Nullum ille toto libro ſuo præter vnicam coniecturam protulit argumentum.

Verba Lumnij ſect. 9. n. 4. poſui. Expendat lector quam æquam hic ſubeat Cenſuram

Addit: Certè licet per hoc hallucinationis anſam Domino Molano dederit, qui primo clariſſime aſſerebat noſtram ſententiam, &c.

Neque Molanus propter Lumnium debet dici mutaſſe ſententiam, vt ſect. 17. n. 19. diximus, ſed ex eo quod ex tabulis Eccleſiæ Andanenſis aliter edoctus fuerit, prout dicit Card. Baronius, quem ideo ſupra citauimus. Et quomodo probat Dec. Ver. Lumnium iſta Molano com-

no communicaſſe, qui ſententiā ſuam mutauit ante annum 1573. quo Indiculus typis prodijt? Salua tamen reuerentia, valde ingratum ſe oſtendit, dum hallucinationis arguit tantū Doctorem (prout etiam ſupra §. 35. propter inaduertentiam quæ Scriptoribus facile obrepit) cuius authoritate toties nititur, ex cuius laboribus quæ ad rem ſuam pertinere poſſe exiſtimauit, deſumpſit, vtpote §. 21. 22. 40. 42. & alijs.

Addit: Placentius autem tantum abeſt vt probet à 9
vocabulo le Begue Begginarum nomen deſcendere, vt ne illud quidem poſuerit Lamberto attributum, aut eodem illum cognominatum.

Quando Placentius dicit, Lambertum ſe ſcripſiſſe *Patriarcham Beghinarum, inſtituti confirmationem meruiſſe, eis habitationem feciſſe*, ſatis confirmat aliorum ſcripta, & oſtendit rationem, quare ab eo nomen retinuerint.

SECTIO XX.

Cenſura Ægidij Aureæ Vallis & Thomæ à Cantiprato.

PArag. 48. Ad Ægidium vt veniamus, *inquit*, parum 1
eſt ipſius contra nos teſtimoniū ſit magis validū, auctoritatem illi conciliare quòd ſit antiquus: cùm etiam in præſenti materia errauerit, qui eodem ſimiliter ſæculo vixit, Venerabilis *Thomas Cantipratanus*, & alij.

Egregium ſanè agit Cenſorem. Et quid poteſt Hiſtoricis maiorem fidem conciliare quam antiquitas, cui meritô creditur tanquam agnitæ veritati? *Non parum certe intereſt*, inquit Ba-

ron.ann. 34. *in veritate diſquirenda auctorum qui res geſtas ſcripſerunt quo vixerint tempore, cuiuſue fuerint eruditionis atque exiſtimationis habere rationem: potiſsimumque ſi huiuſmodi ſcriptores rerum perſpectarum ac eorum ætate editarum, pietatem & virtutem cum doctrina & veritate coniunxerint, ſoli ſint quibus fides integra adhibeatur, ſoli ſint, quibus ceteri aſſentiantur, ſoli deniqueſint quibus reliqui quæ ſciuerint vel ſcripſerint tanquam ab ijs accepta referant.* Talis dicendus Ægidius, talis habetur Cantipratanus. Vterque ſcribit de rebus in patria ſua paulo ante ſua tempora geſtis, quarum recens adhuc erat memoria, vt ſup. dictum eſt. De virtute, doctrina & veritate eorum nullum dubium. Ille, vt ſcribit R. D. Chapeauille in vita

2 eius: *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Leodienſis conſcribendæ & exornandæ inſignem nauauit operam, & primos Hiſtoriæ Leodienſis authores diligenter legit & additionibus pleriſque in locis auxit, eamque ob cauſam omnem Diœceſim Leodienſem illiuſque veteres Bibliothecas M. S. Codicibus inſtructas S. Mariæ, S. Lamberti, Malmundarienſem, Stabulenſem, Lobienſem, Gemblacenſem, S. Huberti in Arduenna, S. Laurentij prope Leodium, S. Iacobi Leodienſem, & alias ipſe præſens excuſsit, & ex eis quæ ad propoſitum ſuum faciebant, ſumma diligentia parique fide totidem verbis deſumpſit.*

De Thoma habet Exim. D. Coluenerius in

3 præfatione lib. Boni vniuerſalis: *Quæcumq; à noſtro Thoma de Cãtiprato referuntur, ea (paucis exceptis quibus iudicium noſtrum vel in margine vel in notis adieci) tanta veritatis certitudine vel probabilitate*

com-

Digitized by Google

commemorantur, vt nec à refractario Lectore in dubium verti poſſint .... Præter pietatem, eruditionem & longæ ætatis experientiam cum authoritate ſcribit: Credite mihi, inquit, vt Epiſcopus loquor, & expertus, &c. *Vterque* nihilominus, vt cenſet D. V. *in præſenti materia errauit.* Probet Ariſtarchus erraſſe, liber erit calumnia.

Neque multum, *inquit*, faciunt pro Ægidio ac *Lamberto* Bibliothecæ ex quibus ſua *AEgidium* deſumpſiſſe ſcribatur: cùm hactenus nullæ producantur, aut produci potuerint, quæ in rem citatam conſpirent.

Ceſſat querela iſta, plures producti ſunt ſup. ſect. 9. Et etiamſi alij produci non potuiſſent, Bibliothecæ iſtæ oſtendunt diligentiam quam adhibuit, in Hiſtorijs antiquis colligendis; quæ non tantopere neceſſaria erat in ijs quæ recenti adhuc memoria in patria ſua contigerant, vt iam dictum eſt.

Verum, *inquit*, quæ ex Ægidio de Lamberto obiiciuntur, ... penſiculatius enucleemus. 4

Et ad ea quæ ſect. 9. n. 1. ex Ægidio poſita ſunt: his verbis: *ijſdem diebus: ſuſcitauit Deus Spiritum ſancti cuiuſdam Sacerdotis viri religioſi, qui Lambertus le Begues, quia balbus erat, de ſancto Chriſtophoro dicebatur: à cuius cognomine mulieres ac puellæ, quæ caſtæ viuere proponunt, Beguines Gallicè cognominantur. quia ipſe primus exſtitit, qui eis præmium caſtitatis verbo & exemplo prædicauit.*

Dicit Primò, Verba allata nō ſignificare iſtum Lambertum primum omnium Begginagium inſtituiſſe: nam hic ſcriptor non loquitur niſi de fundatione Begginagij Leodienſis, cuius tunc ſpecialis mentio fiebat, pro vt patet ex textu. Quin etſi verba ponderentur

rentur, nec id quidem ex ipſo clare conijci poſſe videtur; cum enim de Lamberto dicat eum primum extitiſſe, qui mulieribus & puellis præmium caſtitatis verbo & exemplo prædicauerit, intelligi poteſt eum primum fuiſſe qui Leodienſis Begginagij primus ab ordinario Paſtor datus eſſet, vel qui primus Leodij S. Beggæ inſtitutum prædicaſſet.

Ponderet Lector iſtam penſiculatam enucleationem, & conferat cum verbis Ægidij. ſi non tanquã nullius penſi illam reijciat. Oſtendit Dec. V. ſe cũ Gloſſa aliqua extraordinaria legiſſe authorem, nulla enim in textu inuenitur mentio alicuius Beghinagij à Lamberto inſtituti, & tamen hoc ſupponens, & fingens ſibi difficultates vbi non ſunt, addit:

5 Eſto detur eum Leodienſium Begginarum inſtitutorem fuiſſe: non tamen inde ſequeretur eum alias per Belgium Curias auſpicatum eſſe, aut non ante eum alibi Begginagia extitiſſe.

Quid iſta omnia ad Ægidium? ſec. 9. oſtenſum eſt, quomodo Beghinæ à Lamberto nomen habent, & quomodo intelligendum ſit, quod Ægidius illum dicit, *primum extitiſſe, qui eis præmium caſtitatis prædicauit*. Quod vero Beghinagij Leodienſis primus fundator ſit, & quomodo ante illud nullum aliud fuit, dicta ſec. 9. aliunde probatum eſt, ita vt fruſtra Dec. Verid. eodem pede pergat & dicat:

6 Secundo ſi Opponens omnino velit Ægidium dicere Lambertum omnium Begginagiorum inſtitutorem primum extitiſſe, dico, quod author iſte vnicus non poſſit per ſe conſtituere antiquitatis probabilitatem, imò videatur omnino reijciendus, vtpote qui

qui vnicus repugnare cernitur tantæ teſtium nubi, antiquis Martyrologijs., Patriæ Chronicis, vetuſtis picturis,continuæ ſcilicet traditioni,ac tot auctoribus, quibus licet ipſe fortè ſit antiquior, vnicus tamen eſt & prudenter iudicari non ſine ratione debet,poſteriores ſcriptores rem penitiùs examinaſſe.

Reſp. Me non velle Ægidium hoc dicere, ſed dico vt iam dictum eſt,verba eius tam clara eſſe,vt etiamſi ſolus eſſet,qui nouæ iſti opinioni opponi poſſet, tanquam Solem quendam ſufficientem eſſe, ad diſcutiendam tantam teſtium nubem, ad eleuandã authoritatem dict. traditionum,& illuminandas tenebras Chronicorum in quibus multi recentiores, (quorum ſolus P. Elias materiam hanc ex profeſſo valde copioſe & inſuper ſolidè ſcilicet, tractauit) oberrarunt. Talis eſt Ægidius, vt ei ſoli fides meritô adhibeatur, eique recentiores omnes, prout R. D. Zypeus, Cl. D. Waeſbergius & alij,aſſentiantur.Si Molanus lumen iſtud videre potuiſſet,credo quod ſtatim ſuppleuiſſet relictũ ſpacium quod Dec.V. inuenit ſup. §. 29. ad Calcem Hiſtoriæ S. Beggæ.

Pergit Author:

§. 50. Tertio nullo modo innitendum videtur 7
eius authoritati, quia licet plures alij hiſtorici, ac eiuſdem æui ſcriptores de rebus Leodienſium egerint, ac Lamberti res geſtas latè deduxerint, nullus tamen vllam quo ad primæuã Begginarum inſtitutionem mentionem feciſſe hactenus oſtendi potuit.

Quartò nullum ſuæ opinionis attulit fundamentum, nullum citauit auctorem, imò vita S. Odiliæ quam velut eius fontem allegauit D. Ioannes Cha-

peauille

peauille prima auctoris impreſſione an. 1613. quouſque latuit incognitus, non facit eiuſmodi aſſertionis memoriam, pro vt videre eſt in Rubea valle apud Ioannem Gillemannum.

8 Expendat Lector, an hæc non ſint potius argumenta ab authoritate negatiua, quam quod annotauit ſup. §. 43. D. Chapeauille ad Caput 52. Ægidij, in quo agit de Lamberto, quod continet 58. circiter lineas, ex quibus quinque iſtæ de Beghinis deſumptæ ſunt, annotauit: *Hiſtoriam huius Sacerdotis hauſit auctor ex vita S. Odiliæ, Ioannis Abbatuli lib. 1. c. 4.* Aduertat interim Lector Dialecticam D. V. *Non habetur in vita S. Odiliæ deſcripta à Gillemanno; ergo, nullum opinionis ſuæ attulit fundamentum.* D. Chapeauille citat vitam deſcriptam à quondam Anonymo iſtius temporis, ex quo Ægidius plura alia accepit (quamuis eum non citet, prout neque alias ſolet citare) vt patet in annotatione c. 47. ibidem. Fruſtra igitur quæritur apud Gillemannum, qui vixit demum à 150. circiter annis, Ægidius autem à 400. & imperitè D. Chapeauille reſtringit ad Gillemannum.

9 Quinto videtur, *inquit*, Ægidius ex ſemetipſo quemadmodum poſtea Lumnius, hanc feciſſe coniecturam, Lambertus agnominatus eſt le Begues ergo Begginis ab illo nomen hæſit, ergo ille primus extitit qui eis præmium caſtitatis verbo & exemplo prædicauit.

Aduertat Lector an Dec. Verid. non potius faciat coniecturas. Ægidius ſatis clarè loquitur; quod in eo difficultatis reperitur ſup. ſec. 9. n. 12.

n.12. ſolutum eſt. Lumnij verba etiam ibidem n.4. poſita ſunt. Ego coniicio eum id quod de nomine poſuit, clarè habuiſſe ex hiſtoria quam citat, quamuis modeſtè loquatur.

Inſurgit tamen D. V. valde animosè, & audacter incipit contra ſtimulum calcitrare:

Sed quid mirandum foret ſi eum in iſto lapſum dicamus, cùm plures adhuc habeat errores, vti præter alios etiam patet ex ſupputatione annorũ quoad geſta ac mortem Lamberti, in qua ei contradicunt omnes recentiores. *Similia habentur in Palatio pag.* 103. 10

Quoniam ſunt *iſti plures errores*! Debuiſſet illos annotare, ſi voluiſſet eſſe liber à calumnia. Imponunt Auctori quem oſtendunt ſe non legiſſe, errores. Supputat ne Ægidius alibi annos, quoad mortem Lamberti? D. Chapeauille hoc annotauit ex Magno Chronico Belgico, adeoque cenſores legerunt annotationem pro textu, & ipſi errantes, autoritate ſua, autori errorem falsò imponunt, & lectori proponunt.

Contradicunt ei, *inquit*, omnes recentiores, *Lumnius in M.S. Myreus, in Chronico Ciſterſienſ. Zijpeus in Iure Pontificio nouo de Regularibus*, ac ceteri: 11

Qui illi ceteri RR. DD. Miræus & Zijpeus fatentur ſe Lumnium ſecutos. Lumnius ſecutus eſt Hiſtoriam ſibi Leodio miſſam, cui conformia ſunt Archiua Beghinagij Leodienſis, ſupra ſec. 9. relata. Adeoque etiamſi Chronicon Belgicum ijs non conſonet, ideo tamen reliqua in eo contenta, reijcienda non ſunt. Sepe 12 enim videre eſt in rebus antiquis, facta apud authores conſtare, perſonas vero & tempora certa

certa non conſtare. ita vt ſi in eo labantur, non ſtatim ideo omnia quæ ſcribunt, ſint in dubiũ vocanda. Vnum pono exemplum non longe petitum: Cl. DD. Lipſius & Gramayus, vt ſup. ſec. 4. n. 9. notatum, in muro templi Beghinagij Louanien. ſculptum legunt: *Anno*
13 *M.CC.V. hæc curia incepit*: alij verô qui ſine adminiculo perſpiciliorũ lumine fruuntur clariore, legunt, *Anno M.CC. XXXIIII. hæc curia incepit*. Et propter talem lapſum omnia iſtorum Virorum ſcripta in dubium vocari poterunt? Ita cenſet hic Dec. Ver. Si in ijs quæ etiã hodie præ oculis habentur eo modo contingat errare, quid mirum quod in ijs quæ ab aliquod ſeculis acta ſunt, ſimiliter erretur: eo inſuper accedente, quod Amanuenſiũm, & Typrographorum incuria, facilè ſimiles errores irrepant, prout in Antuerpia Gramaij c.8. præter eius intentionem, ponitur ipſum nullam fundationem Beghinagij legiſse ante annum 102. cum legi voluerit, vt exiſtimo, 1200.

14 *Addit*: Facile autem Ægidio errandi occaſionem dediſſe poteſt, quod putauerit à Lamberti Beguij cognomine, *Begginas dictas: cùm tamen potius contra dicendum videatur*, eò quòd Begginas illas Leodij fundaſſet, & exinde ſatis inuiſus eſſet, homines maleuolos inde occaſionem ſumpſiſſe illi vitium balbutiei exprobandi, & gallico nomine le Begue vocandi, adeoque non ipſe Begginis nomen dediſſe ſit putandus, ſed quod Begginæ dederint occaſionem ipſum Le Begue agnominandi.

Egregia coniectura & firmiter fundata ad pro-

Digitized by Google

probandum quod Ægidius errauit.

51. Sexto, In hac ſimiliter materia qui eodem planè 15
ſæculo floruit lapſus eſt celeberrimus ille doctrinâ
ac pietate Thomas Cantipratanus, vt diximus, qui
Begginarum initium ſumpſiſſe ſcripſit Niuellis circa
annum 1226. ac poſt illũ Petrus Herentalenſis Prior
Floreffienſis anno 1207. alibi: *Eadem yſdem ferè verbis ponuntur in Palatio pag. 5.*

Næ iſti noui authores benè merẽtur de antiquis Scriptoribus. Quod vt cordatus lector intelligat, eorum verba ſupra relata, repeto. Thomas l. 2. c. 51. §. 12. ſcribit: *Proinde circa annum Dominicæ incarnationis 1226. res mirabilis accidit in opido Niuellenſi. In hac vrbe, vt pluribus adhuc viuentibus notum eſt, mulierum deuotarum, quæ Beghinæ dicuntur, nunc latè diffuſa per orbem religioſitas inchoauit.* 16
Aduertis quã attentè more ſuo Authorẽ legerint, quẽ tã audacter & reſolutè lapsũ, aſſerũt? Scribit Author dicto anno perplures Beghinas, quæ magis ſpirituales erãt, igne ſacro fuiſse accenſas, in ijs mẽbris tantũ in quibus magis peccauerant; in Eccleſiam verô S. Gertrudis deportatas, curatas fuiſse. Noui autem iſti, Authorem male legentes & non intelligentes, lapſum arguunt, quem celeberrimum doctrina ac pietate prædicant. Feriendo demulcent, & demulcendo feriunt. Quæ Petrus Herentalenſis habet, ſupra ſec. 5. n. 1. poſita & explicata ſunt. Sed quare vterque lapſus eſt?

Cum vterque, *inquit*, facilè antiquiora tempore Begginagia inueniſſet.

Vbi quæſo? *Infra §. 53. Decimo tertio*, &c. vt ibi videbitur.

17 *Addit:* Adeoque non mirum eſt, ſi Ægidius dicatur etiam per errorem lapſus.

Inſignis conſequentia, & tam generoſus ferè ictus ac Chronica Brabantiæ, (ſupra ſec. 16. & alibi tantopere probata) aſcribunt Carolo Magno, quò videlicet ſimul & ſemel cæcidit & ſecuit medios, equum & aſcenſorem armatum. (mirum quod non aliter celebretur iſte miraculoſus ictus.) Similiter argumentator: Thomas & Petrus vera ſcripſerunt, adeoque mirum non eſt, ſi Ægidius dicatur verum ſcripſiſſe.

*S*eptimo. Excuſat ſe aliquoties Ægidius quod nonnulla poſuerit incerta ac dubitata.

Authoribus qui alijs falſa imponunt, & in ijs quæ citant falſi deprehenduntur, fides ne adhibenda in ijs, quæ propria authoritate, quaſi ex Tripode, pronuntiāt? Probet Ægidium ſe excuſare, & ſe vera dicere.

18 D. Chapeauille, *inquit*, qui librum eiuſdem in lucem euulgauit hoc rogat in Epiſtola ſua dedicatoria quatenus illi cōdonentur ea in quæ fortè lapſus fuit, *Veniam (inquiens) certè meretur, cum alijs hiſtoricis in quibus Diuo Auguſtino teſte, aliqua propinquitas eſt libertatis, qui voluntatem mentiendi non habent, nec homines fallunt, niſi cum ab hominibus humanâ infirmitate falluntur.* Eadem habet Palatium pag. 104.

Vt aduertat Lector, quam bene pergant mereri iſti noui Authores de antiquis Scriptoribus; contenta in citata præfatione de Ægidio & Hocſemio, paulo altius repeto. *Ceterum non ignoro hoc eruditiſſimo diſertiſſimoque ſeculo nonullos quædam in auctoribus noſtris deſideraturos: Et primum horum forſitan fidem, cuius in hiſtoria conſcribenda*

primam

primam curam eſſe oportet: Verùm nullus ſpero, facilè eos in ſuſpicionem adducet, qui nouerit AEgidium virum fuiſſe religioſiſſimum .... in cuius ſcriptis ad aliorum ſcripta collatis, ſincera candidaque fides, diligentiaque ſingularis paſſim eluceſsit. Hocſeminum verò Canonicum & Scholaſticum inſignis Eccleſiæ Leodien. I. D. Vtrumque virum grauem & ſerium, qui vt diſertis de ſe verbis teſtantur, vel à ſe viſa, vel à maioribus accepta, vel ab alijs viris ſcripta, bona fide nobis tradiderunt. In quo ſi quid fortè vſpiam lapſi ſint (quis enim ſcriptor hactenus in lucem prodijt ita ab omni parte limatus, vt in eo nihil eſſet, quod reprehendi poſſet?) veniam certè merentur cum alijs Hiſtoricis, in quibus D. Auguſtino teſte, &c. vt ſup.

Ex his colligunt noui iſti valdè cōuenienter, Ægidium in ijs quæ ſcribit de Beghinis *paulo ante ſua tempora in patria ſua geſtis, quorum adhuc erat recens memoria*, vt ſupra diximus, per errorem lapſum eſſe. Veniam ne merentur?

Nullo modo credibile eſt, *inquit*, Octauo, ſanctam Begghinarum Congregationem pro titulo honorario appellationē defectus naturalis balbi admiſiſſe. 19

Quomodo nomen Beghinæ obtinuerint, ſect. 9. ſatis dictum eſt.

52. Nono ſi ita contigiſſet vt Lambertus extitiſſet inſtitutor primarius vitæ Begginarum, aliquod iſtius in Begginagijs vel Leodienſi ſaltem oſtendi poſſet ab antiquo veſtigium.

Sect. 9. ſunt ſufficientia pro intelligentibus detecta ab antiquo veſtigia. Verum quodnam oſtendit ab antiquo veſtigium S. Beggam eſſe inſtitutricem Beghinarum?

17 *Addit:* Adeoque non mirum eſt, ſi Ægidius dicatur etiam per errorem lapſus.

Inſignis conſequentia, & tam generoſus ferè ictus ac Chronica Brabantiæ, (ſupra ſec. 16. & alibi tantopere probata) aſcribunt Carolo Magno, quô videlicet ſimul & ſemel cæcidit & ſecuit medios, equum & aſcenſorem armatum. (mirum quod non aliter celebretur iſte miraculoſus ictus.) Similiter argumentator: Thomas & Petrus vera ſcripſerunt, adeoque mirum non eſt, ſi Ægidius dicatur verum ſcripſiſſe.

*S*eptimo. Excuſat ſe aliquoties Ægidius quod nonnulla poſuerit incerta ac dubitata.

Authoribus qui alijs falſa imponunt, & in ijs quæ citant falſi deprehenduntur, fides ne adhibenda in ijs, quæ propria authoritate, quaſi ex Tripode, pronuntiāt? Probet Ægidium ſe excuſare, & ſe vera dicere.

18 D. Chapeauille, *inquit*, qui librum eiuſdem in lucem euulgauit hoc rogat in Epiſtola ſua dedicatoria quatenus illi cōdonentur ea in quæ fortè lapſus fuit, *Veniam (inquiens) certè meretur, cum alijs hiſtoricis in quibus Diuo Auguſtino teſte, aliqua propinquitas eſt libertatis, qui voluntatem mentiendi non habent, nec homines fallunt, niſi cum ab hominibus humanâ infirmitate falluntur.* Eadem habet Palatium pag. 104.

Vt aduertat Lector, quam bene pergant mereri iſti noui Authores de antiquis Scriptoribus; contenta in citata præfatione de Ægidio & Hocſemio, paulo altius repeto. *Ceterum non ignoro hoc eruditiſsimo diſertiſsimoque ſeculo nonullos quædam in auctoribus noſtris deſideraturos: Et primum horum forſitan fidem, cuius in hiſtoria conſcribenda*

primam

primam curam eſſe oportet: Verùm nullus ſpero, facilè eos in ſuſpicionem adducet, qui nouerit Ægidium virum fuiſſe religioſiſſimum .... in cuius ſcriptis ad aliorum ſcripta collatis, ſincera candidaque fides, diligentiaque ſingularis paſsim eluceſsit. Hocſeminum verò Canonicum & Scholaſticum inſignis Eccleſiæ Leodien. I. D. Vtrumque virum grauem & ſerium, qui vt diſertis de ſe verbis teſtantur, vel à ſe viſa, vel à maioribus accepta, vel ab alijs viris ſcripta, bona fide nobis tradiderunt. In quo ſi quid fortè vſpiam lapſi ſint (quis enim ſcriptor hactenus in lucem prodijt ita ab omni parte limatus, vt in eo nihil eſſet, quod reprehendi poſſet?) veniam certè merentur cum alijs Hiſtoricis, in quibus D. Auguſtino teſte, &c. vt ſup.

Ex his colligunt noui iſti valdè cōuenienter, Ægidium in ijs quæ ſcribit de Beghinis *paulo ante ſua tempora in patria ſua geſtis, quorum adhuc erat recens memoria*, vt ſupra diximus, per errorem lapſum eſſe. Veniam ne merentur?

Nullo modo credibile eſt, *inquit*, Octauo, ſanctam Begghinarum Congregationem pro titulo honorario appellationē defectus naturalis balbi admiſiſſe. 19

Quomodo nomen Beghinæ obtinuerint, ſect. 9. ſatis dictum eſt.

52. Nono ſi ita contigiſſet vt Lambertus extitiſſet inſtitutor primarius vitæ Begginarum, aliquod iſtius in Begginagijs vel Leodienſi ſaltem oſtendi poſſet ab antiquo veſtigium.

Sect. 9. ſunt ſufficientia pro intelligentibus detecta ab antiquo veſtigia. Verum quodnam oſtendit ab antiquo veſtigium S. Beggam eſſe inſtitutricem Beghinarum?

20 Decimò non eſt veriſimile Begginarum nomen à vocabulo le *Begue* mutuatum; quia conformiter iſti ſcribendum eſſet *Beguina*, quod olim pro Germanicis condemnatis potuit vſurpatum eſſe, ſecus pro noſtratibus, quæ vel Begginæ *ab Vrbano PP. à Ioanne Brabantiæ Duce primo anno* 1271. alijſque varijs, vel Beghinæ *ab Innocentio IV. Ioanne XXII.* ac reliquis fere omnibus ſunt vocatæ.

Quomodo *Beghinæ* etiam ſubinde *Beguinæ* dicantur, ſec. 9. ſatis explicatur: atque illud nomen pro ſolis damnatis vſurpatum non fuiſſe, ſec. 10. oſtenſum eſt: quin & in litteris Ill. D. Nuntij datis 1628. nomen *Beguinæ* reperitur.

Verum quæro, in qua, & cuius Bulla Vrbani Dec. Verid. inuenit *Begginas*? Inter mille Diplomata quæ ſimpliciter habent *Beghina*, repertum eſt vnū, vt dicunt, Ioannis Ducis, quo Bruxellen. molendinum conceditur, retorto fortè calomo ſcriptum vel tranſumptum, cum plurima exſtent eiuſdem Ducis Diplomata, in quibus
21 communi more *Beghina* habetur. Vnde notandum quam ſubdolè & liberè hic procedant, tum Dec. Verid. tum Auctor Palatij, dum ad intrudendam & ſtabiliendam ſuam opinionem, non obſtante quod Diplomata Pontificum, Epiſcoporum, Principum, &c. item monumenta & Authores quos citant, more à 400. & amplius annis vſitato, habeant *Beghinæ*, paſſim ſubſtituunt *Begginæ* per duplex gg. abſque vllo ſcrupulo falſitatis, quæ ſecundum I. C. & Summiſtas incurritur per abraſionem aut mutationem etiam vnius litteræ, quando per eam muta-

Digitized by Google

mutatur ſenſus verborum, prout mutari meritô hîc cenſeri debet, quando ea mutatio pro nouitate inducenda, & cultu Sanctorum publico promouendo, adhibetur. Nunquid iſtæ ſunt *piæ fraudes*, vt quidam loquuntur, *fidelium?* Addit valdè ſubtiliter:

Quare cum *Lumnius* non aliter in toto opere ſuo vmquam ſcripſerit, quam *Beghum*, deerit ſex inter aut ſeptem litteras vocalis (u) ſupererit aſpiratio (h) vt Begginæ noſtræ cognomen *Lamberti le Begue* ſufficienter exprimant. 22

Anagrammatiſmum hunc ſi expenderit Democritus, nō dubito quin deductiſſ. buccis illū excipiat, & more Græcorū exclamet; Beg, beg.

53. Vndecimo. Neque minus clarum eſt quo ad Beggardos deriuationem hanc Etymologicam à *S. Begga* deſcendere.

De his ſupra ſatis dictum eſt. Hic autem repetuntur, vt numerum ſaltem eorum quæ Ægidio obijciantur, augeant.

Duodecimo nomen Begginarum vt ſupra dictū, eſt *Lamberto* antiquius ſicut probat *D. Ioannes Baptiſta Grammay, Rebreuiettes*, & ex eorum relatu ſummi aliquot Pontifices de quibus alias.

Dec. Verid. falli & fallere ex dictis ſupra ſec. 9. n. 8. & ſeq. etiam conſtat. Qui ſunt illi ſummi aliquot Pontifices? Vnum allegarunt Vrbanum 2. quem ex Vrbano 4. fingunt de quo ſatis ibid.

SECTIO XXI.

An fuerint aliqua Beghinagia ante Leodienſe?

1 P*Roſequitur Dec. Verid. obiectiones contra AEgidium.* Decimotertio, *inquit*, varia pręterea Begginagia non minori certitudine probari poſſunt Lamberto vetuſtiora atq; ille ipſemet aſtruitur ſuæ Curiæ Leodienſis fundator, ſunt ea inter ſequentia, Begginagium Colonienſe, Huenſe, Inſulenſe, Landenſe, Valencianum, Poſtulanum, Capremontium, Viluordienſe & plura alia quæ vel veteri traditione, vel patriæ Chronicis, vel probatorum ſcriptorum auctoritatibus ante *Lamberti* tempora extitiſſe, R.P. *Elias à Tereſa* Carm. Diſcalc. ad longum probat in Curiâ ſua Spirituali Begginagiorum.

Tandē aliquādo Begginagia quæ P. Elias nō inuenit in paradiſo terreſtri, vel in excentricis Lunæ, inuenta ſunt in ſpacijs imaginarijs, non quidē ſupra cōuexum cœli empijrei, ſed alibi in cōcauo cranei, extenſa à loco venæ mediæ, vſq; ad tropicum vel zonā criticam excluſiuè. Audianus interim quomodo illa *probet ad longum.*

De *Colonienſi* habet pag. 177.

2 Varia Chronica à 500. & amplius annis tam typis quam ſcripto edita, referunt in vita S. Beggæ, quod congregationem Coloniæ inſtituit & fundauit, paulo poſt addentes, quod diceretur Begginas ab ipſa nomen retinere, itaque apparet in dicta ciuitate per ipſam fundatam eſſe ſpiritualem communitatem Begginarum aut prout vocatur Begginagium, de quo tamen in præſenti ſolidum non poteſt reperiri vel dari documentum.

Inſignis ſanè & ſolida *probatio ad longum.* Supra

pra ſec.17.n. 24. quæ huc ſpectant ex Chroni-
nicis relata ſunt, & certum eſt, quod Coloniæ nullum reperitur Beghinagium. Verum in *Sacrario Agripp.* recenſetur 15. Monaſteria Conuentualium non velatarum, quæ omnes communi nomine Beghinæ vocantur, nullum tamen S. Beggam agnoſcit fundatricem.

De Huenſi pag. 108. *narrat*, quod in oppido Huenſi ſolet eſſe Begginagium, quod prout ab antiquo dicebatur, ab ipſa S. Begga erat fundatum, & liberalitate diuerſarum perſonarum auctum; tandem iniuria temporum paulatim periјſſe, & deſtructum eſſe. *& addit*: ſe iſta habere non ex communi rumore, ſed ex atteſtatione talium perſonarum quæ antiquas literas & munimenta penes ſe habent. 3

Eſt ne hoc ad longum probare?

Si authenticum extractum exhiberet, quod facilè potuiſſet (modo vera narret) & meritò debuiſſet obtinere, magnum argumentum haberet pro ſua ſententia. Opinor totum ipſius fundamentum eſſe in eo, quòd Ioannes Dieſtemius in tractatu de Feſto Ven. Sacram. a. 3. Iſabellam, de qua ſup. ſec. 15. n. 11. Hoij commorantem vocat Beghuinam. Ex quo tamen non ſequitur ibi fuiſſe Beghinagium, multo minus, à S. Begga eſſe fundatum. Quædam dicta ſunt ſec. 4. n. 30. Arnulphus Ep. Leod. 1335. ſub tutela & protectione ſua recipit *Beghinagia*, inquit, *apud S. Chriſtophorum in ſuburbio Leodien. nec non Tongrenſe, Traiectenſe, S. Trudonis Louanienſe, Thenenſe, Dieſtenſe, Leeuvvenſe, Loſſenſe, de Haſſel, & de Arſchot curias noſtræ Diœceſis.* Ex quo ſatis ap-

Digitized by Google

paret Huij non fuiſſe Beghinagium. Dicet eſſe argumentũ ab authoritate negatiua. fateor ſed eſt tale, cui Topici probabilitatem concedunt. Pag. 182. Similiter ſolum narrat: Inſulenſe
4 Beghinagium pro fundatrice habere S. Beggam & in vſu eſſe eam ita colendi. & probat ex relatione R. P. Michaelis à S. Petro Suppriore Diſcalceatorum. Supra ſec. 4. n. 15. magis authenticè dictum eſt, Beghinagium Inſulis fundatum anno 1277.

5 S. Beggam Landæ aliquod Monaſterium aut Conuentum fundaſſe pag. 179. colligit valde ſolidè ex Chronicis Brabantiæ, de quibus ſupra ſec. 16. Quale autem Monaſterium Landę fuit ſec. 17. n. 25. dictum eſt.

6 Valencianum probat pag. 180. ex charta quadam reperta apud Lumnium, tam authentica, vt Lumnius eam non intellexerit, adeoq; nullam eius in libro ſuo mentionem faciat, neque etiam munimẽtis exhibitis, adiungi digna fuerit. Verum ſec. 4. n. 28. initium iſtius Beghinagij poſuimus.

7 De Poſtulano pag. 183. vult aliquid colligere ex Regiſtris Tongerloënſibus, & multis verbis parui momẽti, ſpacia imaginaria dilatat. Totum fundamentum eſt in eo, quod ibidem oſtendatur locus, qui ab antiquo *Beghinagium* vocatur. Reſp. Locum illum *Beghinagium* vocari, quia olim ibidem fuit cœnobium Monialium (quæ etiamnum generali nomine Beghinę vocantur, vt ſupra ſec. 2. n. 1. & ſec. 3. n. 2. dictum

ctum eſt) coniunctum Monaſterio virorum, quemadmodũ aliquando in S. Michaele Antuerpiæ; in Tongerloo & pluribus alijs locis, prout annotauit D. Wichmans in *Diſſertatione Hiſtorica orig. Cænobij Poſtulani*, & videre licet apud *Trithemium in Chron. Hirſaugienſi ad annum* 1108. 1121. 1125. & alios. Item *in Sponheijmenſi ad annum* 1136. Quibuſdam autem locis Moniales iſtæ erant veræ Religioſæ, alijs autem non. Ferreolus enim Locrius in Chronico Belgico, ſub annum 1222. ex Iperio refert: *In Monaſterio S. Bertini erant quædam Moniales, quæ dicebantur Conuerſæ, ſub habitu Religionis, non tamen ſub profeſſione Regulari, inter duas portas Monaſterij, iuxta Eccleſiam S. Martini commorantes, de eleemoſina Monaſterij viuentes, in Hoſpitali pauperibus ſeruientes, veſtes ſacras & ornamenta Eccleſiæ quum opus eſſet, conſuebant & abluebant. Expertus D. Abbas noſter, multas, per eaſdem Monachales Eccleſiæ moleſtias, & Religioni nõ conuenientia prouenire; conſilio & auxilio. D. Romani. S. Angeli Diac. Card. Sedis Ap. in Gallia Legati, eas de Monaſterio eiecit; & loco earum ſunt tredecim inſtitutæ præbendæ, quæ per Eleemoſinarium pauperibus mulieribus dantur.* Trithemius autem ſupra in Sponheijmenſi ſcribit quod *Poſteaquam Moniales, propter locorũ cohærentiam viris in laqueum & in ſcandalum eſſe cæperunt, & vtrimq; non ſpiritu (vt ante) ſed carne ambularent, pene omnia cœnobia Monialium viris contigua; aut Monaſterijs virorum incorporata, monialibus deſicientibus, vel etiam pulſis, videmus vt ex incuria ſeu qualibet alia occaſione totaliter*

ſint deſtructa. Nam hodie apud nos præter nomen loci quod Clauſa ab incluſione virginum olim ibidem habitantium appellatur, nullum cœnobij aut ſtructuræ veſtigium cernitur. (De eadem Clauſa etiam agit an. 1154. & 1182.)

Eodem modo cœnobium Poſtulanum à ſui exordio videlicet anno 1140. vtriuſque ſexus extitiſſe, & veras etiã Moniales ibidem fuiſſe, diſertè probat D. Wichmans ſupra. Verum anno 1270. demortuis Monialibus, ſolos Religioſos ibidem permanſiſſe. Adeoque ex eo quod locus ibidem vocatur Beghinagium, non ſequitur iſtas Moniales fuiſſe Beghinas: vel etiamſi initio Beghinæ quaſi fuiſſent, ſicut prædictæ Bertinienſes; non ſequitur tamen quod ipſæ Beghinæ, & locus ab eo tempore Beghinagij nomen habuerunt. Cum enim 100. ferè annis poſt inductum nomen Beghinę Moniales iſtæ in Poſtel permanſerint, eiſdem etiã, ſicut citata ſect. 2. n. 1. & ſect. 3. n. 2. dictum eſt, illud communicari potuit.

8 Capremontij pag. 179. narrat (ſed nihil probat) S. Beggam poſt obitum mariti ſeculare palatium in ſpirituale conuertiſſe. Ei aduerſatur Vita S. Beggæ, de qua ſupra ſect. 8. n. 9. in qua legitur c. 3. & ſeq. S. Beggam vbi intellexerat occiſum maritum à Goduino (qui iam deliberauerat eam accipere in vxorem) *accepto conſilio cum paucis qui ei aderant, fugiſſe* (ſolam vt apparet) *per oſtiolum dicti caſtri reſpiciens verſus orientem*, & miraculosè quaſi, transiuiſſe Moſam,

ſam, paucíſque diebus poſtea, diſpoſitis ſuis negocijs, Romam profectam eſſe, facto voto, *vt ſi proſperè rediret, ſe ædificaturam Eccleſiam in honorem S. Petri*, ac poſt reditum Monaſterium Andennæ fundaſſe. In eadem vita legitur quidem, quod Anſigiſus & Begga in Capremont habitarunt & locum illum *palatijs aulicis exornarunt*; nullum vero reperitur ibidem fundamentum aut apparentia pro ſpirituali palatio Begginarum. Anſelmus Can. Leod. (vt refert R. D. Miræus de Col. Can. c. 29.) l. 2. c. 25. habet: *Notgerus* (factus Epiſc. Leod. anno 971.) *miſeros Leodienſes liberare ſtuduit à munitiſſimo & factioſis hominibus ſemper fæcundo Montis Caprarum caſtello, quod quam damnoſe vicinum fuerit ipſi Leodio, atteſtari poſſunt eiuſdem oppidi ruinæ*, additque fuiſſe *improborum hominum refugium*. Apud Chapeauille idem Anſelmus ſimilia habet c. 50. vbi dicit: Quantum Caſtrum *caprini montis*. (*Ægidius vocat Capreæ montis*) *totius prouinciæ incolis iugiter potuerit extitiſſe infeſtum, naturalis loci ſitus & nemorum ac turrium, domorumque ſublimium ruinæ patenter oſtendunt*. Notgerus autem aſtu quodam illud occupauit. Rogatus enim à Domino ac poſſeſſore caſtri ad baptizandam prolem, *loricis & gladijs militis iubet armari, & habitu clericali deſuper indui, galeas occultè ſub cappis clericalibus portari, laicalem comam pileis laneis celari* . . . In caſtrum ſuſcepti, *ad edictum præſulis: abijcitur habitus clericalis, mutatur in militem clerus ille mirabilis. parent in loricis qui tetris prius latebant ſub cappis, Muniuntur capi-*

taga-

ta galeis, & celeri volatu circumquaque diſperſi domos ſubruunt, eccleſias deſtruunt, Mœnia excelſa ſubuertunt . . . . & tanto deſtruendi feruore bachati ſunt, vt ne paruiſſimæ quidem domunculæ tugurium relinquerent, &c.

9 Ex his aduertere licet, quale fundamentum
Palatij Begginarum inter ruinas Capremontij
P. Elias detegere potuit.

Viluordienſe Beghinagium *ad longum probatur* pag. 183. per ſola verba Gramaij, ſect. 4. n. 2.
10 relata, & expenſa.

Inter plura alia, quæ tam magnificè Declarat R P. *Eliam ad longum probare*, ſolum *Ardennenſe*, pag. 179. reperire potui, de quo dicit:

In vetuſtiſſimo Chronico Brabantiæ fit expreſſa mentio congregationis virginum, quas S. Begga collegit in Ardenna, vbi modo quieſcit corpus S. Huberti, *&c.*

Dico in Chronicis hoc non addi de S. Huberto, & P. Eliam falli. Andanam enim eſſe in ſylua Ardennæ ſect. 16. n. 8. ex Gramayo notatur, ſicut etiam Laur. van Haecht de S. Begga ſcribit, quod Andanæ in Ardenna fecit ædificari cœnobium ſeptem Eccleſiarum. Aliud verô eſt *Andainum* in Ardenna vbi Beregiſus ſub Pipino & Plectrude, vt habet Magnum Chronicō Belg. inſtituit Ordinem Canonicorum, & Walcandus 35. Epiſcopus Traiectenſes Monachos conſtituit. De Beghinis vero hic nihil, niſi etiam aliquod Monaſteriolum virginum adiunctum fuerit, vt ſupra de alijs dictum eſt.

Hacte-

Hactenus vidimus quam ſolidè *ad longum* 11
probet P. Elias plura alia Begginagia Lamberto Vetuſtiora, & quam difficulter aliquis Criticus(abſit quod ſit Creticus) declarabit Declarationem iſtam eſſe veridicam. Sanè apparet Authorem iſtius Decl. P. Eliam habere tanquam Pythagoram quendam, ſeque eius eſſe diſcipulum, adeo vt de omnibus quæ narrat ſufficiat dicere: *ἀυτὸς ἐφα* eaque tanquam oracula ex tripode, abſque vllis rationibus aut fundamentis amplectenda eſſe.

SECTIO XXII.

Supplementum de Nomine & Origine Beghinarum.

PAragr. 54. Producit iterum Beggardos an- 1
no 1128. Antuerpiæ fundatos; *Begginas Beggardis antiquiores eſſe.* Andanenſes olim Beghinas fuiſſe vocatas, de quibus ſect. 8. 9. & 13. dictum eſt.

§. 55. Mirandum eſt, *inquit*, ab Opponente D. I. B. Gramay, preciſè negari tribus locis, quibus parti fauet affirmatiuæ.

Referuntur loca ſect. 3. n. 1. & ſect. 4. n. 2. ad quæ ſolum dixi: *Si antiquitatis ſtudioſi hæc tria authentice potuiſſent probare, ſane plus fundamenti attuliſſent ſuæ ſententiæ, quam alia triginta ex tranſumptis quæ tanto ſtudio collegerunt.* Mirari itaque non debebat Aut. Dec. Ver. ſed illa loca probare debuiſſet, & tunc dicere quod tam confidenter addit:

Cum

Cum nullo iſta conſtet reiectio fundamento, recipi ipſa nullatenus debet, & probatum manet nomen locumque Begginarum *Lamberto* vetuſtiora habenda eſſe.

Interim mirandum non eſſe etiamſi iſta loca negarentur, ſect. 9. n. 8. patet, ſed mirandum potius quod audeant Beghinagia tanquam Lamberto vetuſtiora obtrudere, quæ ſolum reperiuntur in ſpacijs imaginarijs, vt ſect. præced. patet.

Ad Aniſũ illud quod ſ.9.n.14.poſitũ eſt dicit:

2 Non vomitum ſedat, ſed prouocat, nam nulla in illis quæ ad eiuſdem probationem adducit, eſt ſatisfactio.

Reſp. Aniſum eructationem ſedat. Stomachus cholera vel bile infectus, facile ad vomitum mouetur, adeoque ſubinde etiam ſalubre alimentum reijcit, & palatum amaritudine inficit. Quid ex conferentijs de quibus ſect. 12. n. 26. exſpectandum erat, dum aniſum bonarum rationum motionem ſtomachi non ſedaret, ſed vomitum tantum prouocaret, facile colligi poteſt. Quam conuenientia verò ſint, quæ euomit, ſummis ſaltem digitis expendamus.

Primò, *inquit*, Cardinalis de *Vitriaco* ne vocabuli quidem Begginarum citato loco meminit.

Reſp. Quamuis *Beghinas* non nominet, de ijs tamen intelligendum eſſe, ſcripſit à 200. annis Petrus Herentalius citatus ſect. 5. n. 1. quibus addit: *Quantas verò tribulationes & contrarietates ſint perpeſſæ in principio, & quantæ exſtiterint ſanctitatis, in Prologo B. Mariæ de Oignies plenius declaratur.*

tur. Ex prologo autem iſto referuntur quædam ſect. 9. n. 15.

2. *Ait Dec. Verid.* Quod *Chriſtus* Samaritani nomini non contradixerit ratio myſterij fuit . . ſed quid arcani in balbutiei defectu? 3. Viros illos, quos ſub Coquinorum titulo fundauit *Lambertus*, non ex occaſione ſcommatis, ſed habitationis ac loci ſe profitentur appellatos. 4. Filiæ noſtræ ſpirituales non tantum Queſelarum appellationem nullatenus admittunt, verum etiam quaſi grauem contumeliam abhorrent.

Oſtendit ſe benè expendiſse verba quæ oppugnat. Exempla enim *Samaritani*, *Coquinorum*, & Queſelarum adducta ſunt, quia nomina iſta per ludibrium impoſita fuerunt: adeo vt perperam intelligat ea produci, quaſi ab illis quibus impoſita fuerunt, etiam admiſsa fuerint.

§. 56. *Dicit*: Begginas tandem ceſſiſſe, ac aſſumpſiſſe balbi naturale vitium tamquam honorarium titulum, nequaquam eſt credibile, *&c.*

Reſp. Supra ſect. 9. latè iſta tractata eſse, & oſtenſum, quid de origine nominis Beghinarũ ſentiendum ſit, adeoque Auth. Dec. Ver. fruſtra exclamare:

O quot hic ſuppoſitiones quot inquam tentatæ euaſiones, credo cordatos facilè viros percipere probationes alias deeſſe, ſi talibus effugijs vtendum ſit.

Ego credo cordatos viros facilius percipere ex ſupra dictis, quam inanibus coniecturis fulciatur Declaratio iſta Veridica, quæ tam ſepe deprehenditur nõ fundata, & tales eſse ſuppoſitiones, vt non ſine cauſa exclamet. *O quot*, &c. quia illas non poteſt ſeponere, neque aliquid ſolidius

ſolidius producere. Vbi hoc præſtiterit, cedam. *Euaſiones* tentandæ non ſunt illi, qui captus non eſt. Exiſtimat ſe poſse dicere cum Apoſtolo, *Dolo vos cepi*. Ego credo *cordatos viros* etiam facilè percipere, dolum Apoſtoli fuiſse alterius prædicamenti, quam quo vtuntur iſti authores in promouendo cultu S. Beggæ.

Ad ea quæ ſect. 9. n. 21. poſita ſunt dicit:

4 Demum tot Romanorum exempla quæ D. Opponens accumulat noſtram non concernunt materiã, eò quod illi etiã ex peccatis ſuis, ac ſceleribus gloriam ſumerent: nos autem hic verſamur inter Religioſas ac ſacras congregationes, vbi nullum talium eſt exhibere veſtigium, imò facilè foret oſtendere per Pontifices eſſe interdictum.

Quid oſtendetur interdictum? Exempla iſta allata ſunt ad oſtendendum nomina propter defectum corporis primò impoſita, ſucceſſu tẽporis tanquam honorifica in familijs fuiſse retenta: Vbi eſt hoc prohibitum à Pontificibus? ſup. dicta ſect. de his aliquid dictum.

§. 57. Agit de conuenientia inter Beghinas & Canoniſsas de quibus ſect. 17. actum eſt. Et quod addit: *Ad horas ſe obligari fortiter negant Andanenſes* ſect. 18. n. 8. agitur.

5 Dicit 2. Begginas ſub aliquo ſaltem peccato penſum ex conſtitutionibus præſcriptum teneri perſoluere, iam pridem Theologorum Louanienſium ſententia iudicatum eſt.

Sententia iſta hic exprimenda erat: cum enim inſtitutum Beghinarum nullas præcisè habeat conſtitutiones, ſed ſolum requirat propoſitum

caſtitatis

Digitized by Google

caſtitatis, vt ſupra ſatis dictum eſt, per accidens ſolum v. g. ratione peculiaris alicuius fundationis, aut promiſſionis obligantur ad penſum aliquod orationum. Et friuolum eſt penſum iſtud comparare cum obligatione ad Horas Canonicas.

§. 53. Tametſi, *inquit*, Vltraiecti, Coloniæ, & alibi Religioſæ quoque nonnumquam Begginæ appellentur, nihil nobis obeſt, quia id per abuſum fit, à quo non procedit argumentum, & non minus *Lamberto le Begue* contrarium foret quam S. *Beggæ*, cùm n. 19. ſect. 7. illæ propriè dicantur eſſe Begginæ quę caſtè viuere proponunt, quales etiam in antiqua lege extitiſſe & admittitur . . . ita vt etiamſi nomen Begginagiorum nouum ſit, res tamen fuerit antiqua ac laudabilis: vnde mirãdum videtur negari Sanctã *Beggam* fundaſſe Begginas, propterea quod hæ non inueniantur tam antiquæ, quaſi vero non maior ſit temporis diſtantia inter antiquam ad nos legem, quam nouam, & credibilius habendum eſſet quod talis norma viuendi extiterit ante 1600. annos quam ſolum 900.

Valde egregiè hic philoſophatur, & oſtendit ſe benè expendiſſe, quæ ſup. ſect. 2. n. 1. relata ſunt. Neque enim negatur *S. Begga Beghinas fundaſſe propterea quod hæ non inueniantur tam antiquæ*, cum ſecundum rem antiquiores fuiſſe Dec. Ver. etiam concedit; ſed potius, negatur, quia antiquiores ſunt, atque ideo *mirandum* potius *videtur*, quod Dec. Verid. velit S. Beggam Beghinas inſtituiſſe, cum etiam in antiqua lege eas fuiſſe, vt ſect. 7. dictum eſt, etiam fateatur. Quomodo autem quæſtio intelligenda ſit ea-

Digitized by Google

dem ſect. 7. num. 15. explicatur.

7 *Dicit vlterius*, D. Beggam id quod antiquitus ab alijs particulariter vſurpatum erat in Belgium introduxiſſe, commune feciſſe, eiuſque ſectatrices in Congregationes redegiſſe, cuius occaſionem magnã habuit; vbi vidit caſto huic Belgico orbi ob flegma huius Climatis (vt loquitur alibi Zypeus) non adeo ſtrictam ad ſeruandam continentiam clauſuram eſſe neceſſariam.

Iſta probanda erant, ex dictis autem ſect. 4. 8. & 9. patet, iſta dici non poſſe. Valde ingeniosè interim hic allegat authoritatem R. D. Zypæi, qui l. 3. de Cohab. Cler. & mul. ſcribit: Oſculum in his locis non ſtatim inter mortalia reputandum, *tum ob patriæ morem*, *& frequentiam*; *cœli & ſublunarium frigus*. Ex eo Dec. Verid. colligit; *ob flegma huius climatis non adeo ſtrictam clauſuram hic eſſe neceſſariam*. Valde flegmatica ſanè eſt iſta collectio, & magis appoſitè, colligeretur, dictum iſtud longe diuerſum eſſe ab erroribus Beguinarum, quæ aſſerebant; *mulieris oſculum eſſe peccatum mortale*; *actum autem carnalem, non eſſe peccatum*.

§. 59. Ad ea quæ dicuntur ſect. 4. & 5. de inchoatione & progreſſu Beghinagiorum dicit:

Quæ omnia vel nobis nullatenus cõtrariantur, vel æque *Lamberti* primæuam fundationem, ac *S. Beggæ* impugnant: omnia enim pro his adducta teſtimonia vtroque longè ſunt poſteriora.

Hactenus omnia iſta contrariantur nouæ opinioni, dum ex ijs conſtat, Beghinagia omnia

eſſe

eſſe inchoata,& paulatim accepiſſe incrementa, multis ſeculis poſt S. Beggam,adeoque non poſſe dici ab ipſa primô fundata.

Et quæ apparentia, vt S. Begga dicatur fundatrix inſtituti; cuius ne nomen quidem,apud vllũ authorem vel hiſtoricũ, aut in vllis munimentis reperitur, niſi 500. & amplius annis poſt eius tempora? vel S. Beggam illud inſtituiſſe,ne quidem rumorem fuiſſe probari poſſit, niſi 730 circiter annis poſt eius obitum. Quod vero ſtatim poſt tempora Lamberti & Beghinæ & Beghinagia exortæ & erecta ſint, ex dictis ſect. 3. 4. & 5. ſatis patet.& quomodo dici poſſit quod ab eo nomen & originem habeant, ſect. 9. dictum eſt.

SECTIO XXIII.

Expenditur probabilitas Sententiæ de S. Begga.

PAragr. 60. Verùm, *inquit*, Fatemur eſſe quod dicit Opponens,rem deſinere eſſe probabilem, quando veritas aperitur: quod in præſenti materia à D. Opponente negamus fieri. 1

Prudenti iudicio lectoris hoc decernendum committo.

Addit: An enim res iſta deſinere debet eſſe probabilis, totius antiquitatis vnanimi probata conſenſu, quia vnus detectus eſt *Aegidius* cum ſuo *Lamberto*, cuius vt ſupra diximus, ob alios errores vacillat auctoritas,&c? *Similia habentur in Palatio pag.* 103.

Quam prudenter iterum falſi arguat Ægi-

dium quem ſupra ſect. 20. n. 10. oſtendit ſe non legiſſe, ibi patet. Interim more ſuo agit benè verſatum Cenſorem, & oſtendit, quanti faciēda ſit antiquitas. Nuper tomus integer S. Chryſ. & S. Ephrem, aliquot tractatus S. Auguſtini, Opus Lucij Dextri, & plures alij Antiquorum libri, hactenus non editi, maximo Eccleſiæ emolumento & ornamento, euulgati, tanquam theſaurus inuentus, ab omnibus in precio habentur.

In Palatio autem pag. 102. inſuper dicitur, quod Ægidius ſecundum ſententiam diuerſarum verſatarū perſonarum, debet haberi ſuſpectus, erroneus, & nō acceptabilis, tanquam repugnans omnibus alijs Hiſtoricis, Bibliothecis, Chronicis, Traditionis Scriptorum & Authoribus antiquorum temporum, *&c.*

Quid Lectoribus videtur de hoc ornamento iſtius noui Palatij? Ita ne gratis licet traducere antiquos Scriptores?

Pergit paulo modeſtius Declar. Verid:

2 An non potius rem quampiam facit probabilem plurimorum conſenſus cum ipſa ſæculorum aliquot antiquitate, quæ ita communiter ſenſiſſe ex pluribus demonſtratur; an verò quia aliquis alibi latitans cōtrarium ſentit, illi potius credendum erit quàm tantæ teſtium nubi?

Sol de nocte latitans, mane oriens diſſipat nubes. Quanta vero ſit *ſeculorum aliquot antiquitas*, quam iactat, ſupra ſect. 13. & 16. patet. Ante annum 1560. nullum hactenus proferunt Authorem, præter ſcripta Bogardorum, quorum *antiquitas ſect. 13. n. 7. & 9. patet*, & Chronica Bra-

Digitized by Google

ca Brabantiæ, quorum vetuſtiſſimum fatentur, (vt infra ſect.24.n.14.) editū anno 1427. Egregia ſanè *aliquot ſeculorum* veneranda *antiquitas*, vt propter eam Dec. Ver. meritô addat:

Adeoque nec D. Opponens gloriari poteſt ſe contra grauiſſimum complurium eruditorum iudicium 3
rem iſtam omni ſuâ probabilitate exuiſſe, vt ea relinquenda foret; cùm etiam in rigidiſſimo illo pœnitentiæ foro ſæpè relicta ſuâ probabiliora & vera ſententia, pœnitentis opinioni longè improbabiliori Confeſſarius accedere debeat & ſecundum eam iubeatur illum abſoluere.

Quando *eruditorum iudicium* non ſatis eſt fundatum, *grauiſſimū* dici nō poteſt Si ad *grauiſſimū* illud addi potuiſſet *Plumbū* illud, quod in Palatio pa.159. indicatur, multo certè grauius fuiſſet. De Authoribus qui pro iſta ſententia proferuntur ſect. 16. n. 12. dictum eſt. Interim dum Author iſte in foro externo deſperat de cauſſa ſua, confugit ad forum pœnitentiæ, vt ſecundum illud iudicio proprio obtineat, quod communi aliorum iudicio aſſequi non poteſt.

§. 61. Minus etiam fundatum eſt quod ſequitur, Eccleſiam in cultu Sanctorum non admittere probabilitatem, licet enim in ijs ſolemni canonizatione 4
proponendis moralem ipſorum requirat beatitudinis certitudinem, in motiuo tamen quo fideles ſæpe incitat ad eorundem honorem promouendum, quis neſciat eā ſæpiſſimè rationes admittere probabiles?

Quemadmodum pluribus alijs locis ſupra, ita & hic debuiſſet ponere id quod oppugnat, nec ipſa verba pro ſuo captu torquere. Ad reprimendam eorum importunitatem qui non

ta galeis, & celeri volatu circumquaque diſperſi domos ſubruunt, eccleſias deſtruunt, Mœnia excelſa ſubuerterunt..... & tanto deſtruendi feruore bachati ſunt, vt ne paruiſſimæ quidem domunculæ tugurium relinquerent, &c.

9 Ex his aduertere licet, quale fundamentum Palatij Begginarum inter ruinas Capremontij P. Elias detegere potuit.

Viluordienſe Beghinagium *ad longum probatur* pag. 183. per ſola verba Gramaij ſect.4.n.2.
10 relata, & expenſa.

Inter plura alia, quæ tam magnificè Declarat R P. *Eliam ad longum probare*, ſolum *Ardennenſe*, pag. 179. reperire potui, de quò dicit:

In vetuſtiſſimo Chronico Brabantiæ fit expreſſa mentio congregationis virginum, quas S. Begga collegit in Ardenna, vbi modo quieſcit corpus S. Huberti, *&c.*

Dico in Chronicis hoc non addi de S. Huberto, & P. Eliam falli. Andanam enim eſſe in ſylua Ardennæ ſect. 16. n. 8. ex Gramayo notatur, ſicut etiam Laur. van Haecht de S. Begga ſcribit, quod Andanæ in Ardenna fecit ædificari cœnobium ſeptem Eccleſiarum. Aliud verò eſt *Andainum* in Ardenna vbi Beregiſus ſub Pipino & Plectrude, vt habet Magnum Chronicō Belg. inſtituit Ordinem Canonicorum, & Walcandus 35. Epiſcopus Traiectenſes Monachos conſtituit. De Beghinis vero hic nihil, niſi etiam aliquod Monaſteriolum virginum adiunctum fuerit, vt ſupra de alijs dictum eſt.

Hacte-

Hactenus vidimus quam ſolidè *ad longum probet* P. *Elias plura alia* Begginagia Lamberto Vetuſtiora, & quam difficulter aliquis Criticus (abſit quod ſit Creticus) declarabit Declarationem iſtam eſſe veridicam. Sanè apparet Authorem iſtius Decl. P. Eliam habere tanquam Pythagoram quendam, ſeque eius eſſe diſcipulum, adeo vt de omnibus quæ narrat ſufficiat dicere: ἀυτὸς ἔφα eaque tanquam oracula ex tripode, abſque vllis rationibus aut fundamentis amplectenda eſſe. 11

SECTIO XXII.

Supplementum de Nomine & Origine Beghinarum.

PAragr. 54. Producit iterum Beggardos anno 1128. Antuerpiæ fundatos; *Begginas Beggardis antiquiores eſſe.* Andanenſes olim Beghinas fuiſſe vocatas, de quibus ſect. 8. 9. & 13. dictum eſt. 1

§. 55. Mirandum eſt, *inquit*, ab Opponente D. I. B. Gramay, preciſè negari tribus locis, quibus parti fauet affirmatiuæ.

Referuntur loca ſect. 3. n. 1. & ſect. 4. n. 2. ad quæ ſolum dixi: *Si antiquitatis ſtudioſi hæc tria authentice potuiſſent probare, ſane plus fundamenti attuliſſent ſuæ ſententiæ, quam alia triginta ex tranſumptis quæ tanto ſtudio collegerunt.* Mirari itaque non debebat Aut. Dec. Ver. ſed illa loca probare debuiſſet, & tunc dicere quod tam confidenter addit:

Cum

Cum nullo iſta conſtet reiectio fundamento, recipi ipſa nullatenus debet, & probatum manet nomen locumque Begginarum *Lamberto* vetuſtiora habenda eſſe.

Interim mirandum non eſſe etiamſi iſta loca negarentur, ſect. 9. n. 8. patet, ſed mirandum potius quod audeant Beghinagia tanquam Lamberto vetuſtiora obtrudere, quæ ſolum reperiuntur in ſpacijs imaginarijs, vt ſect. præced. patet.

Ad Aniſũ illud quod ſ. 9. n. 14. poſitũ eſt dicit:

2 Non vomitum ſedat, ſed prouocat, nam nulla in illis quæ ad eiuſdem probationem adducit, eſt ſatisfactio.

Reſp. Aniſum eructationem ſedat. Stomachus cholera vel bile infectus, facile ad vomitum mouetur, adeoque ſubinde etiam ſalubre alimentum reijcit, & palatum amaritudine inficit. Quid ex conferentijs de quibus ſect. 12. n. 26. exſpectandum erat, dum aniſum bonarum rationum motionem ſtomachi non ſedaret, ſed vomitum tantum prouocaret, facile colligi poteſt. Quam conuenientia verò ſint, quæ euomit, ſummis ſaltem digitis expendamus.

Primò, *inquit*, Cardinalis de *Vitriaco* ne vocabuli quidem Begginarum citato loco meminit.

Reſp. Quamuis *Beghinas* non nominet, de ijs tamen intelligendum eſſe, ſcripſit à 200. annis Petrus Herentalius citatus ſect. 5. n. 1. quibus addit: *Quantas verò tribulationes & contrarietates ſint perpeſſæ in principio, & quantæ exſtiterint ſanctitatis, in Prologo B. Mariæ de Oignies plenius declaratur.*

tur. Ex prologo autem iſto referuntur quædam ſect. 9. n. 15.

2. *Ait Dec. Verid.* Quod *Chriſtus* Samaritani nomini non contradixerit ratio myſterij fuit.. ſed quid arcani in balbutiei defectu? 3. Viros illos, quos ſub Coquinorum titulo fundauit *Lambertus*, non ex occaſione ſcommatis, ſed habitationis ac loci ſe profitentur appellatos. 4. Filiæ noſtræ ſpirituales non tantum Queſelarum appellationem nullatenus admittunt, verum etiam quaſi grauem contumeliam abhorrent.

Oſtendit ſe benè expendiſse verba quæ oppugnat. Exempla enim *Samaritanj*, *Coquinorum*, & Queſelarum adducta ſunt, quia nomina iſta per ludibrium impoſita fuerunt: adeo vt perperam intelligat ea produci, quaſi ab illis quibus impoſita fuerunt, etiam admiſsa fuerint.

§. 56. *Dicit*: Begginas tandem ceſſiſſe, ac aſſumpſiſſe balbi naturale vitium tamquam honorarium titulum, nequaquam eſt credibile, *&c.*

Reſp. Supra ſect. 9. latè iſta tractata eſse, & oſtenſum, quid de origine nominis Beghinarũ ſentiendum ſit, adeoque Auth. Dec. Ver. fruſtra exclamare:

O quot hic ſuppoſitiones quot inquam tentatæ euaſiones, credo cordatos facilè viros percipere probationes alias deeſſe, ſi talibus effugijs vtendum ſit.

Ego credo cordatos viros facilius percipere ex ſupra dictis, quam inanibus coniecturis fulciatur Declaratio iſta Veridica, quæ tam ſepe deprehenditur nõ fundata, & tales eſse ſuppoſitiones, vt non ſine cauſa exclamet. *O quot*, &c. quia illas non poteſt ſeponere, neque aliquid ſolidius

ſolidius producere. Vbi hoc præſtiterit, cedam. *Euaſiones* tentandæ non ſunt illi, qui captus non eſt. Exiſtimat ſe poſse dicere cum Apoſtolo, *Dolo vos cepi*. Ego credo *cordatos viros* etiam facilè percipere, dolum Apoſtoli fuiſse alterius prædicamenti, quam quo vtuntur iſti authores in promouendo cultu S. Beggæ.

Ad ea quæ ſect. 9. n. 21. poſita ſunt dicit:

4 Demum tot Romanorum exempla quæ D. Opponens accumulat noſtram non concernunt materiã, eò quod illi etiã ex peccatis ſuis, ac ſceleribus gloriam ſumerent: nos autem hic verſamur inter Religioſas ac ſacras congregationes, vbi nullum talium eſt exhibere veſtigium, imò facilè foret oſtendere per Pontifices eſſe interdictum.

Quid oſtendetur interdictum? Exempla iſta allata ſunt ad oſtendendum nomina propter defectum corporis primô impoſita, ſucceſsu tẽporis tanquam honorifica in familijs fuiſse retenta: Vbi eſt hoc prohibitum à Pontificibus? ſup. dicta ſect. de his aliquid dictum.

§. 57. Agit de conuenientia inter Beghinas & Canoniſsas de quibus ſect. 17. actum eſt. Et quod addit: *Ad horas ſe obligari fortiter negant Andanenſes* ſect. 18. n. 8. agitur.

Dicit 2. Begginas ſub aliquo ſaltem peccato penſum ex conſtitutionibus præſcriptum teneri perſol-
5 uere, iam pridem Theologorum Louanienſium ſententia iudicatum eſt.

Sententia iſta hic exprimenda erat: cum enim inſtitutum Beghinarum nullas præciſè habeat conſtitutiones, ſed ſolum requirat propoſitum

Digitized by Google

caſtitatis, vt ſupra ſatis dictum eſt,per accidens ſolum v. g. ratione peculiaris alicuius fundationis, aut promiſſionis obligantur ad penſum aliquod orationum. Et friuolum eſt penſum iſtud comparare cum obligatione ad Horas Canonicas.

§. 53. Tametſi, *inquit*, Vltraiecti, Coloniæ, & alibi Religioſæ quoque nonnumquam Begginæ appellentur, nihil nobis obeſt, quia id per abuſum fit, à quo non procedit argumentum, & non minus *Lamberto le Begue* contrarium foret quam S. *Beggæ*, cùm n. 19. ſect. 7. illæ propriè dicantur eſſe Begginæ quę caſtè viuere proponunt, quales etiam in antiqua lege extitiſſe & admittitur . . . ita vt etiamſi nomen Begginagiorum nouum ſit, res tamen fuerit antiqua ac laudabilis: vnde mirãdum videtur negari Sanctã *Beggam* fundaſſe Begginas, propterea quod hæ non inueniantur tam antiquæ, quaſi vero non maior ſit temporis diſtantia inter antiquam ad nos legem, quam nouam, & credibilius habendum eſſet quod talis norma viuendi extiterit ante 1600. annos quam ſolum 900.

Valde egregiè hic philoſophatur, & oſtendit ſe benè expendiſſe, quæ ſup. ſect. 2. n. 1. relata ſunt. Neque enim negatur *S. Begga Beghinas fundaſſe propterea quod hæ non inueniantur tam antiquæ*, cum ſecundum rem antiquiores fuiſſe Dec. Ver. etiam concedit; ſed potius, negatur, quia antiquiores ſunt, atque ideo *mirandum* potius *videtur*, quod Dec. Verid. velit S. Beggam Beghinas inſtituiſſe, cum etiam in antiqua lege eas fuiſſe, vt ſect. 7. dictum eſt, etiam fateatur. Quomodo autem quæſtio intelligenda ſit ea-

dem ſect. 7. num. 15. explicatur.

7 *Dicit vlterius*, D. Beggam id quod antiquitus ab alijs particulariter vſurpatum erat in Belgium introduxiſſe, commune feciſſe, eiuſque ſectatrices in Congregationes redegiſſe, cuius occaſionem magnã habuit; vbi vidit caſto huic Belgico orbi ob flegma huius Climatis (vt loquitur alibi Zypeus) non adeo ſtrictam ad ſeruandam continentiam clauſuram eſſe neceſſariam.

Iſta probanda erant, ex dictis autem ſect. 4. 8. & 9. patet, iſta dici non poſſe. Valde ingenioſè interim hic allegat authoritatem R. D. Zypæi, qui l. 3. de Cohab. Cler. & mul. ſcribit: Oſculum in his locis non ſtatim inter mortalia reputandum, *tum ob patriæ morem*, *& frequentiam*; *cœli & ſublunarium frigus*. Ex eo Dec. Verid. colligit; *ob flegma huius climatis non adeo ſtrictam clauſuram hic eſſe neceſſariam*. Valde flegmatica ſanè eſt iſta collectio, & magis appoſitè, colligeretur, dictum iſtud longe diuerſum eſſe ab erroribus Beguinarum, quæ aſſerebant; *mulieris oſculum eſſe peccatum mortale*; *actum autem carnalem, non eſſe peccatum.*

§. 59. Ad ea quæ dicuntur ſect. 4. & 5. de inchoatione & progreſſu Beghinagiorum dicit:

Quæ omnia vel nobis nullatenus cõtrariantur, vel æque *Lamberti* primæuam fundationem, ac *S. Beggæ* impugnant: omnia enim pro his adducta teſtimonia vtroque longè ſunt poſteriora.

Hactenus omnia iſta contrariantur nouæ opinioni, dum ex ijs conſtat, Beghinagia omnia

eſſe

Digitized by Google

eſſe inchoata,& paulatim accepiſſe incrementa, multis ſeculis poſt S. Beggam,adeoque non poſſe dici ab ipſa primô fundata.

Et quæ apparentia, vt S. Begga dicatur fundatrix inſtituti, cuius ne nomen quidem,apud vllũ authorem vel hiſtoricũ, aut in vllis munimentis reperitur, niſi 500. & amplius annis poſt eius tempora? vel S. Beggam illud inſtituiſſe,ne quidem rumorem fuiſſe probari poſſit, niſi 730 circiter annis poſt eius obitum. Quod vero ſtatim poſt tempora Lamberti & Beghinæ & Beghinagia exortæ & erecta ſint, ex dictis ſect. 3. 4. & 5. ſatis patet. & quomodo dici poſſit quod ab eo nomen & originem habeant, ſect. 9. dictum eſt.

SECTIO XXIII.

Expenditur probabilitas Sententiæ de S. Begga.

PAragr. 60. Verùm, *inquit*, Fatemur eſſe quod dicit Opponens,rem deſinere eſſe probabilem, quando veritas aperitur: quod in præſenti materia à D. Opponente negamus fieri. 1

Prudenti iudicio lectoris hoc decernendum committo.

Addit: An enim res iſta deſinere debet eſſe probabilis, totius antiquitatis vnanimi probata conſenſu, quia vnus detectus eſt *Aegidius* cum ſuo *Lamberto*, cuius vt ſupra diximus, ob alios errores vacillat auctoritas, &c? *Similia habentur in Palatio pag.* 103.

Quam prudenter iterum falſi arguat Ægidium

ca Brabantiæ,quorum vetuſtiſſimum fatentur, (vt infra ſect.24.n.14.) editũ anno 1427. Egregia ſanè *aliquot ſeculorum* veneranda *antiquitas*, vt propter eam Dec. Ver. meritô addat:

Adeoque nec D. Opponens gloriari poteſt ſe contra grauiſſimum complurium eruditorum iudicium 3
rem iſtam omni ſuâ probabilitate exuiſſe, vt ea relinquenda foret; cùm etiam in rigidiſſimo illo pœnitentiæ foro ſæpè relicta ſuâ probabiliora & vera ſententia, pœnitentis opinioni longè improbabiliori Confeſſarius accedere debeat & ſecundum eam iubeatur illum abſoluere.

Quando *eruditorum iudicium* non ſatis eſt fundatum, *grauiſſimũ* dici nõ poteſt Si ad *grauiſſimũ* illud addi potuiſſet *Plumbũ* illud, quod in Palatio pa.159. indicatur, multo certè grauius fuiſſet. De Authoribus qui pro iſta ſententia proferuntur ſect. 16. n. 12. dictum eſt. Interim dum Author iſte in foro externo deſperat de cauſſa ſua, confugit ad forum pœnitentiæ, vt ſecundum illud iudicio proprio obtineat, quod communi aliorum iudicio aſſequi non poteſt.

§. 61. Minus etiam fundatum eſt quod ſequitur, Eccleſiam in cultu Sanctorum non admittere probabilitatem, licet enim in ijs ſolemni canonizatione 4
proponendis moralem ipſorum requirat beatitudinis certitudinem, in motiuo tamen quo fideles ſæpe incitat ad eorundem honorem promouendum, quis neſciat eâ ſæpiſſimè rationes admittere probabiles?

Quemadmodum pluribus alijs locis ſupra, ita & hic debuiſſet ponere id quod oppugnat, nec ipſa verba pro ſuo captu torquere. Ad reprimendam eorum importunitatem qui non

Digitized by Google

contenti quod Reuer. D. Epiſc. Antuerpien. conceſſerat, vt S. Beggā colere poſſent, vt Sanctam & patronam, non ceſſabant vrgere, vt tanquam fundatricem publicare & venerari poſſent, poſueram : *Eccleſiam, quæ eſt columna & firmamentum veritatis, in cultu Sanctorum non ſequi opiniones quæ ſolum ſunt probabiles, ſed requirere vt omnia vera & certa ſint illa, quorum ratione Sancti coluntur, ſicut Deum in ſpiritu & veritate oportet adorare. Pia, vt dici ſolet, fidelium fraudes non placent Deo, neque ſanctis. Scriptura grauiſſimè inhibet, Ne ignis alienus in altari Domini offeratur*; Leuit. 10. *Ne quis imitaticium thymiama conficiat.* Exod. 30. *Ignis alienus dici poteſt cultus Dei qui opinione tantum & non ſincera veritate fouetur. Thymiama imitaticium adoletur Sanctis, & ad vilipendium eorum pertinet, ſi eis adſcribatur quod verè eis competere non certò conſtat.* Dicitur ne ibi, quod Author Dec. aſſumit? Tranſeat quod Eccleſia *in motiuo, quo fideles incitat ad honorem Sanctorum promouendum,* ſubinde admittat rationes probabiles: ſicut etiam ſect. 12. n. 21, indicatum eſt ; ideo tamen non colit Sanctos ratione eorum, quæ de ijs ſolum probabiliter dicuntur ; quia illa quorum ratione Sancti coluntur, non poſſunt cenſeri tanquam motiua tantum, ſed ſpectant ad obiectum cultus, adeoque ipſa ratio propter quam Sanctus colitur, pro vera & certa populo proponitur, quæ ſi talis non fuerit, falſitas committitur, vt ſect. 12. n. 18. dictum eſt.

Subijcit Dec. Ver. quædam exempla:

Inter

Inter, *inquit*, quatuor Ordines Mendicantes, quis præter vnicum Sancti *Dominici*, ſuum proprium ſine zoilorum contradictione hactenus aſſeruit fundatorem? Profectò Carmelitæ *Sanctum Eliam* Prophetam 6
celebrant tamquam inſtituti ſui auctorem, & tamen plurimorum, vti *Baronij, Bellarmini*, & aliorum in hoc paſſi ſunt, & etiamnum patiuntur contradictionem: permiſere tamen exiſtente hâc ſententiâ non niſi probabili, PP. *Clemens VIII. Paulus V.* & alij, vt permanerent in ſua probabilitate, quin & ſacra rituum Congregatio, *Sancti Eliæ* officium tamquam Carmelitarum Ducis ac Patriarchæ (quod tamen ſolum eſt probabile) approbauit.

Reſpondeo, Iſta exempla parum hîc ad rem facere. Quamuis enim quidam Ordines mendicantes aliquam patiantur contradictionem; in eo tamen quod colunt, moralem habent certitudinem, etiam à Pontificibus probatam. S. Eliam de quo maximum vrgeri poſſet dubium, Carmelitas inſtituiſſe, vt ſcribit R. P. 7
Carthagena lib. 17. de arcanis Deiparæ & Ioſephi, *Sancti Patres teſtantur, Pontifices ei ſubſcribunt, ac diuerſarum traditionum monumenta confirmant*. Ioannes enim 22. Iulius 2. Gregorius 13. Sixtus 4. Sixtus 5. & alij; *ab Elia & Elizæo iure hæreditario religionem Carmelitarum originem ducere*, affirmant. Et etiamſi PP. Carmelitæ iſta Diplomata non haberent; S. Hieronymus ep. ad Paulinum de Monachis loquens, dicit: *Noſter princeps eſt Elias*, &c. Iſidorus lib. 8. de Diuin. Officijs c. de conuerſatione Monachi. *Huius propoſiti Princeps Elias*, &c. Ita vt omnes Religioſi S. Eliam tanquam ducem & Patriarcham, modô

dò accederet conſenſus Sedis Apoſt. nõ abſq; fundamento colere poſſent cum tanta authoritate probetur, Eliam eſſe eorum Ducem & Patriarcham. Nihil verô tale pro Begginis, nihil in antiquitate, nullum antiquum Diploma, aut ſolidum fundamẽtum reperitur, quo probetur S. Begga Beghinas inſtituiſſe. vt ſæpe dictũ eſt. Ita vt non recte ex dictis exemplis inferat D.V:

Et non poterunt Begginarum Curiæ *Sanctam Beggam* fundatricem ſuam colere, quæ non ſolùm probabilis, ſed & quaſi certa eſt ſententia?

cum longè alia ſit ratio dictorum ordinum.

Pergit Dec. Ver. cum proſopopæia. Pace R. D. Oppo-
8 nentis dicam non auſus fuiſſem mihi tantum aſſumere, vti ſcripturas illas ſupra ab eodem citatas, & ad rem præſentem minimè facientes, præter communem Doctorum opinionem, qui ipſas hactenus expoſuerunt, affigerem ijs qui ſententiam de *S. Begga* ad minus probabilem ſunt ſecuti, atque propterea in hac erant relinquendi.

Ego pace Authorum iſtius nouæ ſententiæ dico, Scripturas iſtas non affigi ijs, qui ſententiam illam ſunt ſecuti, in eadem illi poſſunt manere ſi eis placet; ſed ijs qui ex opinione tantum, & non ſincera veritate cultum Sanctorum inſtituere & promouere geſtiunt. Quomodo verô hoc in præſenti materia fiat, ex ſupradictis ſatis patet. Interim plures Docti Viri ſententias illas viderunt, neque iudicium, quale format Dec. Verid. reperire potuerunt. Et quomodo probat *Scripturas illas præter communem doctorum opinionem eſſe applicatas?* Qui SS. Patrum Chry-

Chryſoſtomi, Bernardi & aliorum ſcripta legunt, facilè deprehendunt eiuſmodi applicationes eis eſſe familiares. Interim ſubmitto eas cenſuræ magis prudentium & doctiorum.

Addit non minori ſupercilio: Optaſsē reuera modeſtius illum ſenſiſſe de grauiſſimis viris, qui tam in eo quod 9
vocauerint *S. Beggam* Begginarum fundatricē; quam quod permiſerint eam pro tali coli, ac etiam ipſi coluerint, cenſeri non debent (tanquā Nadab & Abiu) ignem alienum obtuliſſe in Altari Dei.

Optaſſem ego reuera Authorem Dec. Ver. loca iſta Scripturæ, earumque applicationem ſincerius, prout poſita erāt, retuliſſe, melius expendiſſe, & cum doctioribus cōtuliſſe, antequā adeo temerariam & odioſam cenſuram dediſſet. Sano enim ſenſu dici non poteſt, vt falsò ſupponit, illis comprehendi eos; qui per quædam plauſibilia & ſpecioſa argumenta, & munimenta tanquam certa & indubitata, ac omni exceptione maiora, eis propoſita, perſuaſi fuerunt, moraliter certum eſſe, S. Beggam pro fundatrice habendam, tanquam talem coluerunt: (quamuis nec hoc ſtatim dicendum ſit, vt ſup. ſec. 12. n. 10. dictum eſt.) Sed illi meritô dici poſſunt opinione & non ſincera veritate cultū Dei fouere, & (ſi eis phraſis placet) tanquam Nadab & Abiu cenſeri, qui ſpecioſis magis quā ſolidis argumentis (vt loco iam citato dictum eſt) permixtis pluribus incertis ac etiam vanis coniecturis, cultum Sanctorū promouere velle
deprehenduntur. Et ſi ita eſſet, quod in ſupra- 10
dictis aliquid reprehenſibile, vel parum cir-

cumſpectè dictũ, Author Dec.Ver. deprehendiſſet; debebat ne hoc ſtatim publicari? Ad prudentiam ſanè ipſius ſpectaſſet, confratẽ & collegam iudicio ſuo, in delicto præoccupatũ, non in publicis officinis libello expoſito, tanquam inſolentem & maledicum traducere & propalare, ſed potius in *ſpiritu lenitatis* monere, ac inter ſe & ipſum ſolum corripere eum, qui facilè, ſi quid imprudenter aut inaduertenter deliquiſſet, ex quo aliquis offẽderetur, poſuiſſet emẽdare: pauca enim exemplaria erãt impreſſa, diſtributa priuatis & bene notis, à quibus corrigenda, aut etiam flammis, ſi prudentiori iudicio eã cenſuram mererentur, expurganda, ſine magna difficultate recuperari potuiſſent.

Adijciendus hic cõmentarius quem ad ſupra-
21 dicta loca edidit Author Palatij, qui poſtquã pag. 233. argumentatus eſt hoc modo: PP. Carmelitæ colunt officio publico S.Eliam tanquam fundatorẽ, etiamſi aliqui Cardinales ſint in contraria opinione; & *denegabitur hoc Begginis, vt certum ſuam doctrinam de ſancta Begga non poßint ſequi?* Aduertat lector quam verè ſententiam, quam Exim. Molanus ſup. ſec.7.n.3. dicit, *parum aut nihil habe[illegible]litatis*, & D. Fanius ſec. 8. n. 19. *vt rid[illegible] abſurdam reijciendam & iam dudum à viris co[illegible] repudiatam*, aſſerit, tanquam certam protrudat. Item pag. 234. Ex eo quod Confeſſarius teneatur ſequi ſententiam minus probabilem pœnitentis, infert:

Et ideo multo ſolidius eſt ſi ſecundum tot exem-

pla

pla vt ſupra relata ſunt, Begginę in ſua opinione, imo ſecundum ſuam tam firmam certitudinem ac in tali obſcura antiquitate, humano more loquendi obtineri poteſt, Sanctā Beggam tanquā ſuam veram & vnicā fundatricē tenere, nominare & colere poſſint.

Attende quomodo tam hic, quā ſupra, Antiſtitem ſuum traducat, & quomodo femineum genus, vt plurimum valde credulum, excitet & incitet contra ſuum Superiorem, qui pro prudentia ſua, viſis fundamentis ei exhibitis, facilè aduertit, fucum aliquem ſubeſſe; adeoque rem iſtam meritô exactius examinandam cenſuit, antequam quaſi certa euulgaretur in Diœceſi ſua, in qua magis aduigilandū, ne in cultu Sanctorū anſa detur deridendi vicinis hoſtibus, vt ſec. 12. n. 9 dictū eſt. Magiſter verô iſte recurrit ad iudicium Begginarum. & pergit eodē pede:

Ne quæſo terreantur Beghinę dum quidam hic prodeunt cum aliquibus Scripturis dicentes quod non licet falſum ignem offerre ad altare Dei, atque adeo, quod non liceat S. Beggam colere pro fundatrice quod incertum eſt: quia hic nō eſt ignis falſus, neque hi expoſitores S. Textus poſſent talis expoſitionis vnum (*treff-lycken*) inſignem proferre Doctorem, verum ego ex S. Cyrillo, & alijs Sanctis Scriptoribus facile oſtendam, eos falſum ignem offerre, qui Scripturas falſo exponunt. ne cogita quin Pontifices & Cardinales, quorum tam claræ probationes 12
allatæ ſunt, bene ſciuerunt quid hac in cauſſa debebat & oportebat fieri.

Quæro. Quorum Pontificum & Cardinalium (prout hic rudibus imponit) claræ probationes de Sācta Begga ſunt allatæ? Donec illos citauerit,

Digitized by Google

rit, falſo vel ſaltem ſubdole iſta poſuiſſe aſſero. Eſt ne ille modus promouendi cultum S. Beggæ? Interim egregiè pro modeſtia ſua religioſa, quondam Magiſter Ioannes Wils, quia Magiſter eſt iſtius ſacri Palatij, eadem authoritate, qua pag. 54. Canones interpretatus eſt, hic iudicat de vero intellectu & interpretatione Scripturæ; & qui gradus S. Theologiæ vix attigit, tam ſubtiliter & profundè in ea verſatur, vt falſitatem quam plures Doctores & Licenciati hactenus non poſſunt percipere, non tantum inueniat & eliciat, ſed quaſi ex Cathedra præſumat declarare, & vulgari idiomatæ rudi populo, qui diſcernere non poteſt quid in ſimilibus verum ſit vel falſum, proponere: ſibi perſuadens vt apparet, quod eadem libertate qua ſubinde, vtitur in dicendo, etiam è ſuggeſtu, poſſit ſimiliter vti in ijs quæ ſcribit & typis euulgat. Diſcat, etiamſi vtriuſque eadem meritò habenda eſſet ratio, in poſterioribus tamen maiorem adhibendam eſſe cautelam.

15 Quamuis autem ex ſupra dictis multa loca Palatij abſque fundamento poſita, illuſtrentur; multa tamen adhuc latent notatu digna, quæ vbi Palatium tribus ſuis partibus perfectũ fuerit, commodius per aliquem veritatis amatorẽ eodem idiomatè detegenda confido, & expendendũ, an tam verè quam animosè, Author iſte in limine, (*in præfat. ſub finem*) poſuit ſequentia:

Quidquid nobis hactenus obiectum fuit, benè ter in hoc libro eſt reiectũ. Et ſi aliquid noui acceſſerit,

rit, paratus ſum id ſimiliter *te vvederlegghen*, refutare.

Item quam exactè ſeruet, quod ibidem tam *amicè* requirit, vt cum ratione & nō verbis procedamus, quandoquidē, *inquit*, mihi & omnibus perſonis Eccleſiaſticis, *qualiteyt*, leg. *qualijck*. malè conuenit paſſiones corā omnibus hominibus venales exponere, cum profeſſionem faciamus etiam hoc ex corde extirpandi.

SECTIO XXIV.

Breuis reuiſio munimentorum quibus Originem & nomen Beghinarum S. Beggæ aſcribere conantur.

IN ſuperioribus quidem ordine in Declaratione Veridica propoſito, arbitior ea ſatis eſſe examinata: quia tamen Author in ſequentibus ad ea quæ in Diſputatione ijs oppoſuerā reſpondere conatur, verbis quæ oppugnat non appoſitis, ſed ſummariè tantū & non ſatis fideliter relatis: ab eodē omiſſa, hîc ſupplenda ſunt. 1

Poſueram autem n. 28. hoc modo:

Quamuis exiſtimem, quòd prudens lector ſufficienter intelliget, ex ſuprà dictis facilè reſpōderi poſſe ad omnia quæ pro ſententia affirmatiua produci poſſunt: ne diligentiam & ſumptus quæ fautores iſtius in colligendis vndequaque Tantis documentis fecerunt, atque adeò, præter morem meum, antiquitates comtempſiſſe videar, libenter illa perluſtrabo, & prout ratio feret, parumper cribrabo,

Exhibitæ ſunt præter bullam Canonizationis S. Teresiæ Virginis, 36. chartæ ordine Alphabeti diſpoſitæ, in quibus reperio authentica 53. circiter tranſumpta, &

ſeptem

Digitized by Google

ſeptem atteſtationes, cum vno autographo, de quo mirror quod non fuerit appoſitum ſigillum. Sanè videtur quod diffidentes de ſoliditate, munimentorum, multitudine velint veritatem obruere & obſcurare. Et ne quid deſit, eadem ſubinde, imò etiam, ex eodem libro eadem bis exhibentur, & quatuor excerpta ex eodem ſcriptore. Contra hæc dicit:

§. 62. Mirandum Opponentem ita inuehi in argu-
2 menta partis affirmatiuæ, quorum ſi dignatus fuiſſet breuem deductionem, vel ſemel attente perlegere, facilè aduertere potuiſſet nec ſuperflua ad veritatem internoſcendam eſſe exhibita, nec ſugillandum quod ad maiorem claritatem *R. P. Alexander Bouly* diuerſis occaſionibus ſæpius ſit adductus.

Iudicet lector an iuſtè conqueri poſſit de inuectiua. Sit ita, quod idem documentum pluribus locis applicari poſſit, ideo ne rectè ad augendum numerum munimentorum ſepius exhiberi debet? verè hîc dici poteſt, Fruſtra fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora: & fallacia quædam eſt, vnum & idem tanquam plura ſæpius exhibere. quomodò Sophiſta quidã, vbi tria oua erant concludebat eſſe quinque: quia vbi 3. etiam 2. reperiuntur, ac 3. & 2. efficiunt 5. Porro ſophiſma ſolutum fuit, tribus ſocijs datis ſingulis ouis, & relictis Sophiſtæ reliquis duobus artificio ſuo inuentis.

Reperi autem 20. *tranſumpta, quæ concernunt ſolos Bogardos & inter ea vndecim quæ proferuntur ſolum ideo, quia continent nomen Beggardorum per duplex gg. ſcriptum,* (De his ſect. 13. n. 3. actum eſt) *quale etiam vnum additur pro Begginis, in quo Bruxel-*

lenſi-

Digitized by Google

lenſibus molendinũ cõceſſum refertur, de quo ſec. 20. n. 20. *In reliquis ſolos Beggardos concernentes, agitur de primis fundamentis Monaſterij Beggardorũ Antuerpienſi, quæ iacta exiſtimant à Godefrido Barbato anno* 1128. *quod confirmant authoritate D. Gramaij*; & ſect. 14. n. 9. examinatum eſt. *Accedit pro ijſdem* 3
atteſtatio duorum PP. Bogardorum, aſſerentium nouem eſſe alia monaſteria ſui ordinis antiquiora Antuerpiẽſi. (De hac atteſtatione ſec. 13. n. 2. dictũ eſt.)

Ad hæc Reſpondet: Notandum non immeritò exhibita fuiſſe 11. auctentica Beggardorum inſtrumenta, vt antiquitus Beggardi non Bogardi declarentur appellari, cùm inde clarum fiat abuſiuè poſtmodum Bogardorum appellationem introductam.

Sect. 13, n. 3. dictum eſt, quod ſi ex fide benè ſua examinarent munimẽta, quod facilè decuplo plura inuenirent cum nomine *Boghardi*, quã *Beggardi*; adeoque cum in diuerſis fundamentis eiuſdem authoritatis maiori numero adhærendum ſit; ex hoc argumento potius ſequetur, ipſos *Bogardos* eſſe vocandos.

Addit, olim ita agnitos fuiſſe à Capitulo & Magiſtratu Antuerp. Sect. 13. n. 4. iſta examinata, & oſtenſum quam rectè hoc dicatur.

Ad illud quod ex Gramayo dicta ſec. 14. n. 4
9. ponitur, Non obeſt, *inquit*, prædictæ antiquitati, quia vel ibidem agit de codicibus Bruxellenſibus vbi Beggardorum Conuentus circa annum 1215. potuit inchoatus eſſe, vel etiamſi ageret generaliter de tota Congregatione intelligi poteſt de tempore quo, *D. Franciſcus* tertiam ſuam regulam inchoauit, quam poſtmodum plerique illorum Conuentus acceptauerunt.

Quam

Digitized by Google

Quam ſolidè omnia iſta dicantur, cuiuis facile percipere poteſt. Gramayum generaliter de tota Congregatione agere, clarum eſt. Quod verô intelligi poſſit de tempore, quo S. Franciſcus 3. Regulā inchoauit, &c. tam ſubtile eſt, vt intellectu meo illud aſſequi non poſſim.

Rogaui *omnes antiquitatis ſtudioſos, vt in fauorem Beghinarum omni conatu velint adlaborare, vt vel ſaltem vnum authenticum inſtrumentum, ante tempora Lamberti ſcriptum vel datum in lucem proferri poßit*, meque non dubitare, *quin immortalem memoriam per omnia ferè Begginagia conſequerentur.*

Ad hæc valde doctè & ſincerè ſubdit §. 63. Sed neſcio qua propter D. Opponens tanto molimine nos ſæpiùs vrgere velit ad proferēda de Beggardis ac Begginis à *S. Begga* fundatis Diplomata: cum nec ipſe ea quod à *Lamberto* fundatæ ſint, licet idem multis poſteà temporibus floruerit, vlla hactenus protulerit vel proferre poſſit.

Peto, An eadem ſint, Rogare *vt adlaborare velint, vt vel ſaltem vnum authenticum inſtrumentum poſſit proferri*, Et, *Tanto molimine ſepius vrgere ad proferenda de Beggardis ac Beghinis à S. Begga fundatis Diplomata?* Ita lectori imponit Declaratio iſta, quæ ſanè ideo non eſt magis Veridica. 2. Sunt ne idem, *Authenticum inſtrumentum*, &, *Diploma?* Magnum inter iſta eſſe diſcrimen videri poteſt apud Calepinū, Nizoliū, Spigelium, Briſſoniū & alios, qui per Diplomata intelligunt patentes litteras Pontificū, Principū ac aliorū Procerū, aut Magiſtratuum codicillos. Inſtrumenta autem

tem authentica dicuntur etiam acta & tranſumpta tabellionum, etiam ex libris impreſſis & alijs monimentis, vnde Spigelius: *Inſtrumenta generaliter intelligi poſſunt omnia ex quibus cauſſa inſtruitur, vt tam teſtimonia, quam ſcripturæ inſtrumentorum loco habeantur.* Cum itaque ſec. 9. varia de Lamberto inſtrumenta poſita ſint, non Veridicè Declaratur nulla proferri poſſe.

Videatur, *inquit*, R.P. *Eliæ* Curia ſpiritualis, in qua 6
ſufficienter declarat ex antiquioribus *Lamberto* Pontificibus diu ante eiuſdem tempora Begginarum nomen extitiſſe: prolixam horum deductionem breue meum non ſuſtinet compendium.

Debuiſſet ſaltem nominare Pontifices & locum Palatij in quo latent. quia in toto Palatio ex Pontificibus qui ante Lambertum fuerunt reperire non potui alios quam Vrbanum II. ſepius, Zepherinum, de quo ſec. 16. n. 10. S. Gregorium in Eſech. Hom. 26. pag. 217. vt *in ore duorum, &c.* de quo ſec. 12. n. 1. Gregorium 4. pag. ead. Ex quibus quæſo P. Elias *declarat*, quod Declaratio Verid. declarat? Solum allegabit Vrbanum, In quo Gramayum & omnes eum ſecuti, qui hoc exiſtimant, deceptos eſſe, aſſerendum & tenendum eſt ſecundum dicta ſect. 9. donec ipſam Bullã iam à duobus annis quæſitam inueniant & proferant.

Quoad reliqua tranſumpta; deprehendo ali- 7
qua quæ valde parum aut nihil ad rem facere videntur.

1. Bullam Canonizationis B. Tereſiæ Virginis. Illa videtur adferri, vt oſtendatur S. Tere-

ſia etiam dici fundatrix Diſcalceatorum, etiamſi illi aliquot annis poſtea reformationẽ S. Tereſiæ amplexi fuerint: & conſequenter ex eo colligitur §. 13. Beggam rectè dici Beggardos inſtituiſſe, quamuis illi ab exemplo Beghinarũ profecti ſint. Fruſtra verò hoc colligi patet, cũ vtriuſq; ſexus perſonas S.Begga fnndauerit.

2. Depoſitionem duarũ Beghinarũ Bruxell. qua, teſtantur quod quædam Beghinæ ſolent ſeruare, & modo ſeruant tertiam Regulam S. Franciſci. Examinata eſt ſec.14.n.2.

3. Actã Capit Andan. ſup. ſec.17.n.7.poſitã.

4. Extrac.ex Hen. Suſone, de quo ſect. 14.n.6.

5. Diploma Philippi Marcionis Namurcenſis citatum ſec.8.n.3.

6. Diploma Guidonis Epiſc. Camera. citatum ſect.5.n.6.& ſec,18.n.12.

7. Extract.ex M. S. legen. poſitũ ſ. 17.n.28.

8. Ex officio SBeggæ:

Nomen Dei laudabile, Qui hanc verbo & opere
Fecit eſſe plurimorum Matrem lætam filiorum. Item.
8 *Caro eius vel anima Dum ſitiret cœleſtia*
Deo collegit plurima Virginitatis agmina.

Quid quæſo hæc pro Beghinis? S.Begga, præſertim in ſimilibus Rhytmicis, verè dici poteſt, *Læta mater plurimorum filiorum, & Deo collegiſſe plurima virginitatu agmina*, etiamſi tantum 30. Virgines 10. Canonici fuiſſent in ſuo collegio, quomodo S. Beggam illud fundaſſe, in acta Capitulari, de qua ſup. n.7. Andanenſes teſtantur. Quomodo etiam verum eſt illud ex M. S. vita

S.

S. Beggæ: *Viribus corporis cœpit repente deſtitui, quæ conuocatis vtriuſque ſexus choris.* (In M. S. Andanen. & Rub. Val. additur) *Canonicorũ videlicet & puellarũ, indicat ſe iam reſolui.* Quę verba in tranſumpto cautè fuerunt omiſſa.

Productum item fuit, quod habetur in Andan. cum præced. c. 7. *Affuit ſtatim chorus vtriuſq; ſexus.* Vbi in Tranſlato P. Henra addit: *Videlicet Canonicorum & nobilium religioſarũ, quæ modò ſunt nobiles Domicellæ & Canonicæ ſeculares.* Quomodo habeat Originale, antiq. ſtudioſi. inquirant.

9. His accedit Diploma Henrici Imp. ſec. 14. n. 12. in quo indicatur, Andanæ ſuo tempore fuiſſe frates & ſorores. Ex his videntur velle inferre S. Beggam inſtituiſſe Begginas & Beggardos. Sed non percipio in qua figura & modo, niſi fortè in Baraca 4. Figuræ, adhibita reductione per Expoſitionem aut per Impoſſibile: reductione enim Oſtenſiua potius ſequeretur eas inſtituiſſe Canoniſſas & Canonicos. Hæc pro ſtudioſis Philoſophiæ.

Ad hæc omnia dicit Author §. 64. Rationes quæ contra partis affirmatiuæ tanquam non ſatis conſiderata fundamenta producuntur, non ſolutiones, ſed euaſiones ſunt: adeoque niſi hæc grauetur inter ſe adhuc ſemel conferre, eadem denuo initio huius Apologetici inſeruimus, & ipſe & quiuis etiam cordatus lector, qui contrariæ opinionis præiudicio non eſt præoccupatus, videat an illa vel nihil vel parum ad rem faciant.

Sicut contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ita cordatus lector, ſupra iam propoſitis

vtriuſque partis rationibus, rectius iudicium formare poterit, quam viſis ſolum rationibus vnius partis; quod affectarat Author iſte, dum ſuppreſſis rationibus ſibi aduerſis, ſolummodo ſuas ſpecioſè propoſuerat, vt eius Declaratio tanto magis Veridica appareret.

10 Ad id quod ad litteras Ill. DD. Nunciorum ſect. 16. n. 11. poſitum eſt, dicit:

" Illæ idcirco reijciuntur, quod conceſſionis earumdem cauſa principalis cēſeri debeat ſubreptitia, &c.

Litteræ iſtæ non reijciuntur, ſed oſtenditur argumentum, quod ex ijs producitur, non concludere. Finalis enim cauſa earum non fuit, declarare S. Beggam eſſe fundatricem inſtituti Beghinarū, ſed per Indulgentias augere Chriſti fidelium deuotionem.

11 Proferuntur quinque tranſumpta ex Chronicis ijſdem, vt apparet, Brabātiæ diuerſis temporibus cum auctario impreſſis (quorum vetuſtiſſimum aſſerunt impreſſum Antuerpiæ anno 1427. quo tempore ars Typographica nondū in Europa erat reperta) huius tenoris: *Van deſe Begga ſeytmen dat de Beghijnen eerſt haren naem vercreghen hebben.* Item quinque huius tenoris. *Ende van S. Begga hebben de Bogaerden ende Beghijnen haren naem behouden.* Tria ex his ſunt deſumpta ex libris impreſſis, duo ex manuſcriptis. De his ſup. ſec. 16. Vbi etiam monuimus aduertendū eſſe, quomodo vani rumores accipiant incrementa.

Hæc Chronica cœco ductu abſque examine

ſecuti

Digitized by Google

ſecuti videntur quidam recentiores, ex quorum aliquibus extracta exhibētur, imo & ipſe Gramayus per annales quorum meminit ſup. ſec. 9. n. 8. veriſimiliter intelligit dicta Chronica.

De his omnibus conqueritur Dec. Ver. §. 65: Nouem, *inquit*, reiecit Brabantiæ Chronica; quia, ex rumoribus falſis collecta ſunt, tamquam ipſe ſolus cum ſuo, quem ſolum, & dubium adhuc iactitat *AEgidium*, tali preſtet antiquitati, imô auctoribus modernis non paucis, quos omnes cæco ductu affirmat Chronica prædicta ſecutos.

Cuius auctoritatis ſint iſta Chronica ab ignoto & imperito ſcriptore ex varijs authoribus, & vanis rumoribus compilata, & an non merito reiecta & reijcienda ſint, & ſi quæ necdum ſint reiecta, in alium vſum non ſeruiant quam illuſtrando foco, aut lectioni Veſtalium Deæ cunæ, vt dum cuniſando nihil proficiunt, narratiuncula aliqua ex ijs deſumpta, videlicet de Troianis, de Magno gigāte Antuerpienſi, vel de ſtatura Caroli Magni, vagientibus ſomnum conciliare poſſint, dicta ſec. 16. ſatis patet. & an Ægidio iſte (cui plures ſec. 9. adiuncti ſunt né exiſtimet ſolum Ægidium ijs opponi) obſcurus iſte collector compari queat, prudentiores facilè iudicare poterunt, qui etiam expendent, quomodo Dec. Ver. more ſuo ponat, quam in Diſputatione poſita erant; in ea enim dicitur, *quoſdam recentiores illa Chronica cœco ductu ſecutos*, Declaratio autem traducit & dicit, affirmari *omnes cœco ductu eadem ſecutos*. Nonne hæc calumnia, & iniurioſa accuſatio apud eos 12

 qui

qui ſententiæ affirmatiuæ adhærent,& diſputationem non viderunt, vel non ſatis expenderũt.

Reprehendit inſuper, quod dicantur:

13 Chronica patriæ impreſſa citari, quæ lucem vidiſſent, antequam conſpexiſſet Europa typographicum prælum, ad quod reſpondetur, *inquit*, feſtinanter id ab eo dictum, vbi iterum examen fecerit, inuenturus eſt reſponſionem.

Vt aduertat quam feſtinanter id dictum ſit, examen iterum facio. Non obſtante quod in eo errore reprehenſi fuerint, tamen diligentiam non adhibuerunt, vt eum debitè excuſarent. Dec. enim Ver. §. 20. poſtquam egit de Chronicis iſtis anno 1518. & 1497. impreſſis addit:

14 Anno 1475. prodiit Ducum Brabantiæ Genealogia ac denique anno 1427. antiquiſſimum omnium, quod ſaltem ſcitur Brabantiæ Chronicon poſtea impreſſum, &c.

Nunquid ſatis indicatur eo anno fuiſſe impreſſum? aut quomodo aliter prodijt?

Audiamus Authorem Palatij. Is magis accedens ad fidem autographi, pag. 130. ſimiliter enumerans Chronica diuerſis temporibus impreſſa, dicit:

Ten vvierden van 't jaer 1427. ende voor-gaende tijden vvorter bevonden een Chronijcke ende t' Antvverpen uytghegheven te zijn, vvelcke tot noch toe vast ghehouden is de alder-audtſte te vveſen die naermaels in drucke is gheſtelt.

Id eſt: Quartò, ab anno 1427. eſt præcedentibus temporibus reperitur Chronicon & Antuerpiæ editum eſſe, quod huc vſque habitum antiquiſſimum quod poſtea impreſſum fuit.

Dicant

Dicant quomodo Chronica iſta fuerint edita abſque impreſſione. Fuerunt fortè deſcripta & more notiorum Verhouianorum, aut Chronicorum quæ Ephemeridibus iunguntur; prodierunt,& ſcriptis edita per plateas ambularunt.

Munimentis iſtis addiderunt. quæ ex Mola- 15
no ſec.8.n.2. poſita ſunt. Non capio quo iudicio,cum ea quæ ibidem,n. 3. ex eodem habentur,ſatis viderint. Excuſandi fortè quia non ſatis intellexerunt.

His adhæret Extractum ex Martyrologio Germanico, quod cum ad verbum, quantum aſſequor, cum Molani Martyrologio reſpondeat,eiuſdem eſſe tranſlatum ſatis apparet.

Ad hæc dicit: Cur Molanum citauerimus, ſupra diximus.

Ex ſupra dictis ſec.8.n.3.etiam conſtat,imperitè produci Authoris ſententiam,quam cum retractaſſe conſtat.

Addit: Sed ridiculum prorſus eſt, quod ſequitur Martyrologium Germanicum, ex *Molani*, potuiſſe deſcribi, cùm ſex annis ante extitiſſet, velut ex eodem quod *D. Coens* habuit authentico inſtrumento, clarè probatur.

Gratulor ex animo omnibus, qui in ſupradictis ſæpe contraxerunt frontem, quod iam ſemel eam poſſint exporrigere.

Exhibitum fuit extractum ex Martyrologio abſque nomine authoris,bis impreſſo,videlicet anno 1562. & 1573. vt notatur in Palatio pag.

134 Si D. Coens qui paucis diebus habuit iſta tam multa & varia documenta, hoc non aduerterit; eſtne hoc tam ridiculum? Si quis tam pronus ſit ad riſum, non credo quod pro prima vice hic ridebit, cum in hoc tractatu non deſint plura obiecta magis excitatiua. Interim ſiue Molanus illa exemplaria ſecutus fuerit, ſiue illa ex eius ſcriptis deſumpta ſint, in idem ferè recidit, & dum ſuum retractauit, etiam illa reiecisſe ſequitur.

16 Ad augendum numerum, etiam authoritatem Lumnij affectarunt: ex quo adiunxerunt ea, quæ ſect. 1. n. 6. poſita ſunt; vbi etiam patet Lumnium adduci, ſicut hæretici ſolent citare Bellarminum, producentes ea quæ ſibi obijcit, omiſſis ſolutionibus.

Dicit tamen. Cur Molanum citauerimus ſupra diximus. *Item:* §. 66. Ad quid Lumnius citatus ſit, viſum eſt ſupra N. deinde 38. Beggardorum codices antiqui fuerunt exhibiti, vt eorum concordia videretur, &c.

Quid hîc dicere velit non ſatis percipio; Debuiſset ſaltem loca citare, vbi ratio, quare Molanus & Lumnius citati ſunt, videri potuiſset. Qui amat veritatem non odit lucem. Supplebo quantum aſsequor Dec. Ver. defectum §. 21. rationem ponere videtur:

Nec prophanis, *inquit*, ſolummodo, ſed & Eccleſiaſticis auctoritatibus habetur à D. Begga Begginas nomen & originem ſortitas . . . certe D. Io. Molanus in ſuis ad Vſuardi Mart. addit. Ita habet. *Eodem die*, &c. vt ſup. ſect. 8. n. 1. ponitur.

§. *Autem*

Digitized by Google

§. *Autem 24. habet*: Sed & ipſe *D. Lumnius* contrariæ ſententiæ de Lamberto *Beguio potiſsimus incentor, vel coactus fateri debuit* eruditos aliquot graueſque viros, & qui magnæ dignitatis eſſent, olim tenuiſſe ac ſcriptis ſuis euulgaſſe Begginarum nomen à *Sancta Begga* profluxiſſe, ac etiam fuiſſe primariam Begginagiorum inſtitutricẽ, licet ipſe cõtrarium ſenſerit.

Egregiæ profecto rationes, cur Molanum & Lumnium citauerit, niſi alibi aliæ latitent, quas reperire non potui.

Concordia etiam codicum Beggardorũ ſect. 13. n. 11. notata eſt. Adiunctæ autem fuerunt depoſitiones PP. Beggardorum & Beghinarum de traditione ſua, de qua ſect. 13. & 15. & tranſumpta ex codicibus eorum de quorum *antiquitate* ſect. 13. n. 7. & 9. de *concordia* autem ibid. n. 11. dictum eſt.

Neque prætereunda authoritas quondam P. Alexandri Boullij iubilarij eiuſdem ordinis (eum obijſſe memorant anno 1613.) qui diligentia ſua in colligendis & conſeruandis antiquitatibus dicti Ordinis promeruit, vt ex eius ſcriptis proferantur quatuor extracta, quorum duo, vt maiorem obtineant authoritatem, conſpirant in eadem verba. Ad hæc dicit:

Et ſi eædem chartæ bis eſſent productæ, quid primæ ſecunda demit probabilitatis?

Reſp. Eſſe petitionem principij, & fruſtra fieri per plura, &c. Addit:

Illa D. Coens diſputatio, ſi probè excutiatur, multoties idem variatis ſolum verbis proponere inuenietur.

Digitized by Google

Debuiſſet annotare loca. Interim in ſupradictis fateor me coactum fuiſſe ſequi veſtigia Dec. Verid. aliquoties eadem repetentis, adeoque etiam aliquoties eadem repetita reperiri, vt melius expendantur & intelligantur.

Conſequenter agitur de imaginibus S. Beggæ de quibus ſect. 15. n. 10. dictum vbi additum fuit; *Si alibi in Beghinagijs reperirentur templa vel altaria ab antiquo ad nomen & memoriam S. Beggæ fundata. maius inde ſumi poſſet argumentum*, &c. Quæ ad hæc dicit, ſect. 15. n. 13. relata ſunt, & ſine fundamenta dici, oſtenſum eſt.

De eo quod eodem §. 66. dicit, apud multos S. Beggam habitam fuiſſe tanquam non canonizatam, ſect. 14. n. 14. dictum eſt. Quod verò addit: *paulatim poſt multa ſecula proprias demum Eccleſias impetraſſe*, falſum eſſe ex ſect. 4. & 5. cōſtat, cum ibidem probetur plura Beghinagia à ſui initio, proprias Eccleſias habuiſſe. Addit inſuper:

Sed quid mirum ſi non fuiſſet hactenus vel templis vel altaribus culta à Begginagijs ſuis *S. Begga*; cum celeberrimi Ordinis Carthuſienſis Patriarcha *S. Bruno*; à *Leone* primùm X. nuper fuerit poſt 4. amplius ſecula canonizatus? *Sancti* etiam *Norberti* Canonicorum Præmonſtratenſium Patriarchæ publicum officium poſt 5. ſecula in Romanum Breuiariū eſt relatum, *&c.*

Reſp. Exempla iſta parum hic ad rem facere, & de ſimilibus ſect. 12. n. 3. & 24. ſatis dictum eſſe.

Tandem ſupereſt illud. quod maximæ eſt autho-

authoritatis, *per quod excuſandi Curati Bruxellenſes & etiam ipſe Ep. Miræus P. M. Præfatio videlicet Regulæ aliquot Beghinagiorum*, confirmata manu & ſigillo Ill. quondam DD. Hauchini & Houij, ſupra ſect. 16. n. 6. relata. Cui addideram; *Authorem iſtius Præfationis ſecutum fuiſſe Chronica de quibus ſupra eadem ſect. n. 1. & fortè Molanum in Martyrologio ſect. 8. n. 2.*

His contradicit §. 67. hoc modo:

Adducit Opponens, ſed non probat, Curatos Bruxellenſes quatuor aut quinque, tres Illuſtriſſimos Mechlinienſes Archiepiſcopos, & vnum Antuerpiæ Epiſcopum, Chronicorum lectione in errorem inductos,

Expendat lector, quam Veridica ſit iſta Declaratio. Dicere, *Curatos Bruxellenſes & Ep. Miræum excuſandos eſſe, propter Præfationem Regulæ Beghinagiorum*, & dicere, *eos in errorem inductos chronicorum lectione*, ſunt ne eadem? 2. Dicere *Authorem Præfationis iſtius ſecutum fuiſſe chronica, & fortè Molanum*, &c. eſt ne dicere, *Tres Illuſtriſ. Archiep. Mechl. ſimiliter in errorem inductos lectione Chronicorum?* Vnus tantum iſtam Præfationem deſcripſit; Secundus fortè Regulam illam confirmauit; ideo tamen dici non poteſt examinaſſe aut approbaſſe contenta in Præfatione, quæ ſolum eſt quaſi quoddam indicis horæ præludium, ad quod non ſolet ita attendi, ſicut ad pulſus campanæ horam intonantes. Quid de tertio velit dicere, declarare debuiſſet. Sect. 16. citata, de iſta Præfatione plura dicta ſunt, ex quibus patet Authorem eiuſdem, hiſtoricam

veri-

veritatem non ſatis examinaſſe, ſed ſolum more concionatoribus vſitato & licito, probabilem ſuo iudicio ſecutum fuiſſe ſententiam, ex qua vt habet Dec. Verid.

Ea accipere voluit, quæ pro Begginagiorum ſuorum ædificatione de *S. Begga* ſtatutis ſuis ea de cauſa præmittere voluit; tum vt Begginarum conſuleretur honori, de quibus compluſ res admodum viliter ſæpè loquuntur, tum vt ſacris illis virginum cætibus illuſtre hoc ſanctiſſimæ Principis & Fundatricis propoſitum exemplar ſtimuli vice illis deſeruiret, vt eandem corde magno & animo volenti, ac ſpiritu *Principali* imitarentur.

Omnia enim iſta meritô concedenda ſunt: ideo tamen eam ſententiam eo loco non habuit, vt S. Beggam tanquam inſtitutricem Beghinis colendam proponeret: ad prędicta enim omnia ſufficit, quod eam tanquam patronam habeant & ſuſcipiant.

Neque tamen mihi perſuadere poſsum prout Dec. Ve. ſupponit, Authorem iſtum ſola Chronica fuiſse ſecutum vt inde colligatur ea maioris authoritatis habenda eſse quam ſupra ſ. 16. ea mereri indicatum eſt. Etiamſi enim aliqua concluſio ex damnato authore ab aliquo probetur, ideo tamen totum eius opus probatum eſsę nemo ſana mente conceſſirit.

Profecto ſi Ill. D. Hauchinus illam ſententiam pro vera & certa habuiſset, non dubito quin etiam Beghinis S. Beggam tanquam talem colendam propoſuiſset: ac etiam ſi Beghinæ contentis in ea Pręfatione, & Concionibus ſuorum

ſuorum Paſtorum de ea re,plenam & indubiā fidem adhibuiſsent, non exiſtimo quod diſtuliſsent cultum S. Beggæ, donec veniſset P. Elias, qui ſpiritu tam vehementi hoc eis annuntiaſset. Magnum autem eſse diſcrimen inter ea, quæ in concione dici poſsunt, & ea quorum ratione Sancti coli poſsunt,ſect.12.n.17.& ſeq. indicatum eſt.

Reliqua quæ in Dec. Ver. pro defenſione iſtius Præfationis adducit, dicta ſect. 16. n. 6. latius explicata ſunt, ex quibus cordatus lector facilè colliget, an Dec. Ver. §. 68. rectè dicat, me accuſare illos Viros graues qui, *circa annum 666. modum viuendi Beghinarum à D. Begga inchoatum aiunt*,&c. adeoque an poſſint dici,*accuſari*, aut *culpandi* dicantur illi Scriptores,quorum aſſertis aliquis ſtudio inquirendæ veritatis cum fundamento contradicit. Nam vt recte Quintil. l. 10. c. 1. dicit: *Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia quæ magni Auctores dixerint, vtiq; (fortè vbique) eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando... & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati:nec ſemper intendunt animos*, &c. Et vt quidam alius, agens de illis qui in Scriptoribus aliqua emendant: *An putabimus primos à poſterioribus contumelia affectos,aut hac ratione Hiſtoricis damnum illatum? Et quæ Logica hanc conſequentiam probabit, Hic aliquid correxit in eius hiſtoria, ergo doctior fuit illo aut ſaltem videri voluit? Nihil ſimul inuentum & perfectum fuit.* Qui prior aliquid præclari inuenit & glaciem frangit,plus laudis meretur quā

qui

qui inuentis aliquid addit. Illud non niſi magnis ingenijs datum eſt, hoc etiam mediocribus conceſsum eſt: *Multi multa præſtiterunt, non ideo tamen poſterorum diligentiæ omnia præripuerunt. Dies diem docet. Multa obſcuriſsima eorum induſtria illuminauit longe plura in quibus ipſis fuerunt tenebræ, poſterorum diligentia partim illuſtrauit, partim porro illuſtratura eſt. Et vt hoc non eſſet, quid miramur bonum Homerum aliquando dormitare? Nimis auguſta res eſt nuſpiam errare*, &c.

Item: *Magnorum virorum errores qui notant, dum id modeſtè & ſine ſcurrilitate faciant, publicè prodeſſe arbitror. Nam neque quidquam propterea de illorum exiſtimatione detrahitur: & ceteri*, vt cautiores, & cõſideratiores in ſcribendo ſint, *admonentur: & ſi quid cui, vt ſunt humana, tale cõtigerit, habet exempla, quibus aut excuſare ſe aut ſolari queat.*

Interim omnia quæ ſupra poſui, libenter prudentum & veræ antiquitatis ſtudioſorum cenſuræ ſubmitto, cum prompto animo à ſententia in his aſserta diſcedẽdi & in eam deſcẽdendi, quæ ipſorum iudicio veritati declarabitur magis cõſentanea; *Siquidẽ*, vt ſincerè Car. Barõ. ad ann. 312.) *quicumque ſtudio veritatis vehementer afficitur, & in ea perueſtiganda & illuſtranda omnes neruos intendere, omnemque adhibere conatum, ſemel in conſilio habuit, nihilque veritate antiquius, eidemque cuncta poſthabere decreuit: apud neminem acrius ac vehementius mendacia inſectatur, quam apud ſemetipſum, nempe cum ea in ſua ſcripta eſſe illapſa, acriori viſus obtutu peruiderit.* Quamuis itaque

Forte

Forte ſit vinum, ſcientiæ ex humano ingenio natum: *Fortior ſit Rex*, ſcientiam cum authoritate proponens: ac *Fortiores ſint mulieres*, ſententiæ videlicet proprij ſenſus in quo quiſq; abundat:

Super omnia autem vincit Veritas.

FINIS.

APPROBATIO.

VEritas temporis filia, quam non rarò tenebroſus ſeculorum ſinus adeo abdidit, vt niſi acrioris Diſquiſitionis velut obſtetricante manu educi non valeat. Conatum ſuum hoc ſcripto R. D. PETRVS COENS, S. Theol. Licen. Canonicus Cathed. Eccleſiæ Antuerpienſis, cum eò direxerit, vt Veritas lucem videat, eundem in lucem dari poſſe cenſeo. Louanij 24. Mart. 1629.

Martinus Lunecenius Apoſtolicus ac Regius Librorum Cenſor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

y Google